19 num.13. Decian. par.2. lib 7. c.33. num. 1. licet † hoc crimen in ſupremo tantum ſecundum Roſent. de feud. cap.10. concl.35. nu.40. dicit communẽ Mich. Graſſ. in §. ſucceſsio ab inteſtato. q. 5. nu. 3. & Peregr. de iure fiſ. lib. 3. tit. 8. de Rebell. num.9. & tit. 9. de fil.
20 rebel. num.4. ſed contraria magis communis, vt etiam hoc crimen committatur contra Duces, & Principes ſuperiorem recognoſcentes,

Digitized by Google

ſcentes,vt latiſsimè per Farinac.de crim.læſ.maieſt.q.112.in ſpec.3, num.164.178. & ſeq. vbi plures de communi teſtantes colligit.
21 Quia † qui ſuo Principi reſiſtit,Deo reſiſtit.c.qui reſiſtit 11.queſt.3.
22 & † qui obedientiam ſuo Principi negat, eum Principem non facit, & veram Principis qualitatem tollit, quia tunc non eſſet Dominus, vt in ſpecie tradit Io. Iacob. Leonard. pro Duce Vrbini contra Papæ decretum in conſ.117. inter feuda.num.45. poſt Affl. plura alia, & ita etiam Petra de fideicomm. poſt Bald. queſt. 12. num.208. Adhoc Caſſan.in Catalo.glor.mun.par.5.conſ.24 qui ſpecialia in Principe 208. recenſet; & ad rem col. pen. & fina. in ſpecia. 208. Marc. Lauden.de Principe; & rectiſsimè Fulu. Pacia.
23 de proba. lib 2. c.3. num.61.62.63. † inobedientia demum ſpecies idolatriæ p.reg.15. & 8. q.p. cap.ſciendum. Luc. de Pen. ad rem, ad l.ſi magiſtratum num.8.C.de Decur.lib.10. vbi num. 12. de inobedien. plura, & integrum tractatum edidit Io. Iouian. Pontan. de obedientia in libros quinque diuiſum. vbi bona multa, & ad rem varia congeſsit præſertim,cap.5.7.15.lib.1.& lib.2.in princ. & lib.3.c.10.lib.4.c.1 2.3.4.7. & 15.
24 Secundò, quia poteſt etiam † Princeps ſuo Decreto, & edicto generali vaſſallorũ ſuorũ, & magis tratuũ authoritatem, & dignitatem, reſtringere,modificare,& minuere; & quam vult legem imponere,qđ apud noſtros Doctores indubitatũ eſt. Andr. de Iſern. tit.de prohib. feud. alien. per Feder. c. quoniam inter Dominum. num.5. Afflic.ad conſt.Regni.Conſtitu.pęna carere.nu.10.Boſſ.de for.compet.num.49. & tit. de Princip. nume. 201. 203. Petr. Ioan. Anchar. qq.famil. lib.3.q.45.num.3.& queſt.81.num.1.2.poſt multos D. Sen. Sol. ad conſt. antiq. Sabaudiæ decreto, quia pluribus glo.3.num.2.3. & de foro compet. glo.1. num.8. q.10.11. & ſeq. D. Præſ.Teſaur. deciſ.227. num. 11. D. Præſes Morot. reſp.15. num.2. Fulu. Pacian. de proba. lib. 2. cap.3. num.92. poſt principium ex Afflicto. & poſt alios plures Io. Petrus Surd. conſ.210.lib.2. nu.64. Illuſtr.Cardin.Tuſch.tom.3.prac.concl.iur.concl.110.lit.F.in verb.
25 feudum.num.65. & 73. tradat † Principem poſſe feudum ponere ſub regula iuſtitiæ poſt Bec. conſ.56. num.44. Ergo Vaſſallorum habitationem ad Metropolim, & Regiam,vbi ipſe habitat,reſtringere,& conſequenter de eo, & eius decreto conqueri D. Comes
26 Scottus,nullo iure poterit;tanto magis,quia † generale decretum, poſtquam ab eo non fuit reclamatum, poſt publicationem, intelligitur vniuerſaliter, ſine contradictione receptum, vt teſtatur D. Senator Sola poſt alios, ad antiq. decreta de for. compet. num. 11. glo. 1.

Tertiò

Digitized by Google

Tertiò iuſtitia huius decreti, dignoſcitur apertiſsimè ex fonte, & medulla multarum legum, quarum pleraſque à Doctoribus noſtris prætermiſſas animaduerti, quę omnes ſimul iunctę, regulam ſoli-
27 dam verè conſtituunt. ergo cum regulam, Sereniſsimi Principis Fiſcus pro ſe habeat, intentionem contra Vaſſallos ſuos fundatam habere dicitur. l. Regula de reg. iur. vbi Cagnol. & Dec. Maſc. poſt alios in tract. de prob. in ver. regula. Decia. in cauſ. feud. reſpon. 22.
28 num. 22. lib. 5 † At regula deſumitur ex legib. pluribus Decretum iuſtum, iuri, æquitati, omniq; decori conſentaneum ſuadentibus ex l. 1. de Decur. ex l. 1. C. ſi curial. relict. Ciuit. rus habit. maluer. lib. 10. l. ſi ad Magiſtratum, l. quidam ignauię. l. Quamuis. C. de Decurio. lib. 10. l. penult. & fin. de municip. & originar. eod. tit. l. 1. §. qui in fraudem de vacat. mun. l. 2. C. de aduoc. diuer. iud. l. 2. l. ſi quis poſt hanc. C. de edific. priuat. l. fin. de damn. infec. l. qui habebat. de leg. 3. & l. certa forma de iur. Fiſci. lib. 10. l. omnes. C. de Agric. & cenſit. lib. 11. §. patrocinia. §. ſed etiam ſuſcipientes in authen. de mandat. Prin. vbi Bart. num. 1. 2. quos tex-
29 tus nemo citat. Quę omnia iura volunt, & clamant † patriam colendam: honore, & maieſtate augendam: Ciuitatem propriam non deſerendam: indignos Ciuitatis, & patriæ honoribus, qui ab ea fugerint; ad eamq; repetendos, & vindicandos Ciues, & alia ſimilia multa: omiſsis vulgaribus, nimis a longè petitis, de ornatu, & deformatione Ciuitatum ex tot. tit. de oper. publ. D. & C. de ędificijs priuat. Cępol. de ſeruit. vrb. pręd. cap. 59. Rom. ſingul. 710. incip. quero. per illum tex. Petr. Gregor. de Rep. lib. 2. cap. 10. nu. 3. 4. & alibi paſsim.

Quartò in ſpecie caſus iſte deciditur, pro decreti validitate in l. 1. de Decur. in l. 1. C. ſi Curial. relicta Ciu. lib. x. in c. nulli Ciuium de conſecrat. diſtinct. 3. quem tex. allegat Luc. de Pen. in d. l. vnica in principio. Item in l. fin. de Decret. ab ordine facien. in l. promulgatis. C. de offi. Præfec. Vrb. quæ proxima iura citat adhoc Rom. conſ. 59. infra allegato, & alia iura citat Menoch. poſt hęc omnia ſcripta viſus, in hoc eodem caſu pro Sereniſsimo Duce Parmæ, & Placentiæ. conſ. 1176. quod incipit, De prima egregia, lib. 12. & vlt.
30 num. 1. 2. & ſeq. Ergo † cum habeamus caſum legis, omnis debet ceſſare dubitatio. l. Ancillę. C. de furt. Nam d. l. 1. de Decur. clarè
31 cantat † Decuriones, ſedibus Ciuitatis relictis, ad alia loca migrantes, ad patrium ſolum reuocari poſſe: & Bart. ibi num. 2.
32 quęrit, vtrum † Decurio habitans in Comitatu, cogatur redire in Ciuitatem, & ibi habitare, reſpondet quod ſic per dictam l. 1. C.
33 ſi Curial. relic. Ciuit. vbi textus ille clarè inuehitur contra † deſerentes

ſerentes

ſerentes propriam Patriam plectendo confiſcatione locorum ; quorum cauſa impios ſe, Patriam vitando demonſtrauerint ; & gl. fin. ibi not. † impium eſſe propriam Patriam relinquere : & Bart.
34 ibidē, & alij Doct.& Rom. alia iura inducit. † Patriam quoq; deſerere crudele. & perdit Ciuitatem, atque priuilegia illam deſerens, vt exclamat Io. Neuiz. conſ.12. num.2.3. inter feuda. Robert. Maran. in ſpec. aur. par.3. num.42.43. & quamuis illi tex. non loquantur de Vaſſallis, ſed alij Doct. in ſpecie infra citati, tamen lo-
35 quuntur de Decurionib. quorum ope † Ciuitas, regi, honorari, & ſubleuari debet, & non negari, nec deſeri origo Ciuitatis l. aſſumptio in princip. vbi Bar. ad municip. Gramm, voto 10. nu.15.16. Decian. tract. crim. par.1. lib.4. c.16. de loco originis, & Domicil.
36 num.19. optimè Alex. conſ.34. lib.5. num.3. vbi † quod originarius non poteſt, etiam ſe ab origine liberare; & ratio illa generalis eſt,
37 ex qua Bart. exemplum perſimile deducit, & † vbi ead. ratio, idem quoque ius ſtatuendum l. illud ad l. Aquil. cum ſimil. & regula eſt
38 † in materia feud. tritiſsima, habere locum deciſiones iuris communis, vbi aliter in materia feudorum non reperitur deciſum. Iaſ. in prælud. feud. num.63. Maran. in Spec. aur. par.3. num. 86. 87. Euerard. poſt Doct. in loc. leg. loco à feud. ad emphyteu. nu.44. Rom. conſ.212. num.4. vbi Mendoſ. in apoſti. lit. D. & C. plures alios congeſsit. & ad rem. Franc. Milane. deciſ.8. num.115. 118. 119. & 161. Illuſtr. Card. Tuſch. pract. concl. iur. in ver. feudum
39 conclu.169. num.10.15. & ſeq. Alia etiam ratione, quia † Vaſſallus magis dicitur eſſe ſubiectus Domino, quam alius ſubditus ratione iuriſdictionis D. Ozaſc. poſt Abb. conſ.9. num.15. adeò ut ſi deeſſent particulares deciſiones contra Vaſſallum, illa ſufficere videantur.

40 Quintò dictam decreti iuſtitiam comprobant alia ſimilia, † vrbes omnes, Prouincias, & Imperia, decere impleri, hominum, atque habitantium adiectione, & copia. l. 1. ſol. matr. l. cum ratio. §. ſi plures de bon. damnat. vt pulchrè proſequitur. Luc. de Penna ad l. ſi Colloni. num.3. C. de agric. & cenſit. lib. 11. Ita apertiſsimè ſcri-
41 bens, quod † Villa eſt deformata fugientibus inde Colonis, & di-
42 minuta cum † aſcriptitij coloni, & inquilini ſint membra : &
43 † villa, ſeu terra, in qua ſunt, ſit corpus eorum. l. cum ſatis in princ. & §. 1. eod. tit. de agr. & cenſit. l. longè de diuer. & temp.
44 præſcrip. ibi, partes eius fundi ſunt ; ſicut ergo † totum diminutis partibus, & corpus præciſis membris deformari dicuntur, ita &
45 † caſtrum, ſeu villa, colonis, & adſcriptitijs diminuta; vnde pereunte cultore, terra in ſolitudinem redigitur Geneſ. cap.47. num. 19.

Digitized by Google

46 Catalog. glor. mundi.par.5. conſi.15. Inde poſſunt etiam † Barones,& Vaſſalli cogere ſubditos ad colendum eorum rura,ne inculta remaneant, vt latè tuetur Marin. Frec. de ſubfeud. lib. 2. 41.
47 autoritate. Nam † quo plures ſunt Ciues in Ciuitate,eo nobilior
48 eſt Ciuitas † cum numerus Ciuium ſit ornamentum Ciuitatis. Decia. poſt Socin.reſp.16. num.101.102.lib.4.& reſp.44. nu. pen.
49 & fin. eod.lib. Item quod optent ſemper † Principes,eorum vrbes non vacuas,ſed habitari,& ciuium frequentia florere.Ioſeph.Lud. deciſ.Lucen.60.num.fin. Menoch. de arbitrar. caſu 155. num.7.8.
50 Item quod † habitantes extra Ciuitatem non debent admitti ad priuilegia Ciuium. §. 1. & fin. in Auth. de defenſor. Ciuit. Brun. conſ.132. col.vlt. lib.2. in feudali. Boer. rectè deciſ.272. num.4.5. vbi multa de hoc Roland.conſ.79. num.31.32.53.& ſeq. latè lib.3.
51 & num.37. loquitur poſt Ruin. † de ciuibus Placentinis alibi habitantibus,qui ſunt indigni repreſalijs. Afflict.deciſ.384.vbi nu.5.
52 poſt Bal.ait quod † Ciuis Originarius habitans extra Prouinciam originis, dicitur ab eo deſerta Prouincia originis, & idem dicit
53 de † Ciuitate;ergo indignus eius commodis, & amittit eius priuilegia ibi num.13. & ei quoq; non ſuccurrens. Marſ. de Bannit. in ver. Ciuitate,num.142. & plura ſcribit Decia.reſp.32. num.15.16.
54 & ſeq. lib.5. de Patria deſerta, quod † Ciuis priuetur Ciuitate,& eius priuilegijs,& commodis. Iaſ.ad l.1.§.huius ſtudij. num.15.de iuſt. & iur. Andre. Gaill. de Arreſt. Imper. cap. 10. num. 9. Item quod Petrus Gregor. tract.de Repub. lib.2. c.1. num.10.& 11. optimè ſcribit inter præclaras, & maiores Ciuitates, Regnorum, & Principatuum eſſe Regias,& Metropolitanas; nempe eas, in quib. frequentius Imperatores, aut Principes domicilium, ſeu habitationem deligunt;ibi enim Principis perſona,ad quam ſubditi con fluunt,& opulentia regalis,& virorum præſtantiorum, ſeu aulicorum conſortium, locum Illuſtriorem reddunt, & num. 11. Romæ
55 exemplo demonſtrat † habitationem aſſiduam, vel frequentiorem Principis in vrbe, breui ſolere, eam, & ædificijs, & artificijs,
56 atque diuitijs ſplendidiorem reddere; vt contra † Principis abſentia, ſplendida corruere ſolent, & neglectui haberi, & num. 12. & 13. alia pelpulcra. Et iterum idem Gregor. lib.4. cap.4. de ex-
57 tran. ſeu peregr. † multa de replendo, augendoq; Ciuitatem hominibus,& retinendo, ne recedant, & præſertim num. 18. vbi poſt
58 Ariſtot. 3. polit. cap. 3. tradit in † multis rebus publicis, attrahi ad Ciuitatem peregrinos,& recenſet Alex.Magni,& aliorum Principum inſtituta, de alliciendis,priuilegijs, donis, & magnis conditionibus ad habitandū homines in eorum Ciuitatib. & per tot.

cap.

Digitized by Google

cap. multa. Item ſequitur Ciuitates, habitantiũ receſſu vacuas, & inanes relictas, ſicq; loca deſerta, alios etiã paucisſimos relictos, ad onera, munera, & ſeruitia onerare, qđ eſſe minimè deberet. Bar. ad l. Incola la 2. nu. 1. & fina. vbi Alex. in additio. ad municipal. de quo Egid. Thomat. de collect. tradit. fol. mihi 438. num. 1. & ſeqq. vbi multa allegat. Excell. Ozaſcus deciſ. 95. num. 19. & ſeq. num. 26. 27. & alijs. Decian. reſpon. 44. num pen. & fin. lib. 4. Lud. Saccã. reſp. 15. num 6. in terminis talis Decreti Craue. conſ. 973. num. 37.
59 optimè. Item † ſubditorum intereſt, Dominos ſuos, & Principes habere pręſentes, quorum præſentia velut ſolis recreari valeant, alloqui, & agenda pertractare, vt poſt Bald. tradit Afflic. deciſ. 265. num. 11. 12. Rol. conſ. 1. num. 43. lib. 1. Capic. deciſ. 151. nu. 9. de Rege Angliæ loquentes; ergo & eodem iure Vaſſalli, & ſubditi,
60 cum iſta correlatiua, & † correlatiuorum idem iudicium. l. fin. C. de indict. viddit. cum vulgarib. & id pro regula tradit Afflict. poſt Andr. de Iſern. deciſ. 265. num. 1. 2. 3. & ſeq. vbi quindecim fallentias ponit. latè Gabriel. de legib. conclu. 3. Iacobin. idem, quod
61 † à pari procedant. in ver. dictiq; Vaſſalli promiſer. nõ committe. Felon. nume. 24. Zaſ. de amiſsio. feud. num. 81. Vaſqu. controu. illuſtr. cap. 8. num. 11. Burſ. conſ. 160. num. 4. & nouiſsimè poſt priores Roſent. cap. 7. conclu. 1. num. 2. & per totam. ob id debet
62 † Princeps ſuos Vaſſallos conſeruare in eo Statu, in quo inuenit, & ſic penès ſe, non vagantes Andre. Gail. de arreſt. imper. cap. 8. num. 12. Rol. poſt Ioan. de Plat. conſ. 1. nu. 104. lib 1. Camil. Borrel. conſ. 1. nu. 169. Itẽ facit deciſ. Capyc. 118. in cauſa Magn. Franci. vbi num. 9. circa fin. tradit in conceſsione feudi, & Terræ id videri actum inter Vaſſallum, ſubditum, & Dominum, ne diſcedatur à loco, & num. 10. 11. etiam tradit obligatum ad ſeruitia perſonalia, recedere non poſſe, & Doct. in adnot. ad Andr. de Iſern. in tit. de Regal. num. 52. in ver. angariæ. lit. G. vbi Capyc. citant. & Io. Ant. de Nigr. ad c. Regni. c. grauamina. num. 28. 29. Ergò ex omnibus prædictis patet, mentem Sereniſsimi Ducis, omni iure, conſuetudine, & ęquitate ſubnixam: & ob id decreto parendum fuiſſe.

Sexto, his nunc omnibus tamquam generaliter præmiſsis, ad ſpecialia, magiſque proxima deueniendo, conſtat apud DD. no-
63 ſtros, communiterq; receptum † valere ſpecialia illa edicta contra ſubditos emanata, de propria loca, patriamq; repetendo, ſub pœna amiſsionis, confiſcationiſq; bonorum, ſi ſint ſubditi ratione originis, & bona allodialia poſsidentes, vel habitationis propter domicilium ibi conſtitutum, per annos decem, viginti, vel triginta: quia eo caſu facti homines Regis, & Principis, & ſui ſunt, ob id

ab eo auferri minimè poſſunt. l. omnes actiones. §. 1. de reg. iur. Marin. Frec. de ſubfeud. lib. 2. q. 10. num. 6. & q. 11. nu. 1. 2. optimè, tanto magis ſi iuramentum præſtitiſſent, vt per eum. & plura alia ad rem iſtam ante eum tradit Spec. de feud. §. quoniam num. 2. 6. 10. 11. & alijs: vbi latè de homagio, & quomodo ſubditi fiant alterius homines, per pactiones, & homagia: ſequitur Bertrand. conſ. 163. par. 7. num. 10. Bart. primùm anteſignamus noſter communiter approbatus ad l. fin. de decret. ab ordin. facien. ita docuit, & Specul. de feud. §. quoniam. num. 18. 37. 38, & ſi non ita clarè, quòd homo recedens plectitur amiſsione manſatæ, vt per eum; latè poſt iam dicta in indiuiduo tradidit Luc. de Pen. ad l. ſi quis prædium num. 13. 14. 15. & l. ſi Coloni. C. de agric. & cenſit. nu. 22. 23. lib. 11. Boſſ. de for. comp. num. 37. Menoch. de recup. poſſeſſ. remed. 10. num. 48. & ſeq. Andr. Gail. obſeru. lib. 1. obſeru. 17. num. 8. & de arreſto Imp. cap. 8. num. 13. & inter conſulentes Rom. clariſsimè
64 conſil. 59. num. 1. 2. Socin. iun. conſ. 76. lib. 3. num. 34. & ſeq. † vbi defendit valere edictum, & pœnam confiſcationis bonorum, & idem Socin. conſ. 76. lib. 4. num. 15. & ſeq. loquens in Caſtro Sancti Martini Ducatus Mutinæ pro Marchione Sigiſmondo Eſtenſi, vt num. 29. Craue. pro domino Saxeoli conſ. 973. num. 29. 30. & ſeq. vbi plura, & nu. 30. exempla ponit de ſe ipſo Ripa, Alciato, & Cæphalo, ab eorum Principibus domum reuocatis, vt aliarum Ciuitatum, & Vniuerſitatum lecturas deſerere coacti, & contrarijs iuribus ipſi reſpondent Ill. Card. Tuſch. qui Romani conſ. citat in tomo 3. pract. quæſt. iur. in lit. F. verb. feudum. concluſ. 122. nu. 9. & 10. citat etiam Socin. Crauet. & Surd. & num. 11. Brun. Maluaſ. Socin. & Aemilia. contrarium tenentes, quibus reſponſio parata. Ant. Galeat. Maluaſ. conſ. 63. nu. 15. & ſeq. & ſi in caſu ſuo contrarium teneat pro maiori domino ex cauſis per eum adductis, cui infra reſpondebitur. Io. Petr. Surd. conſ. 210. num. 14. lib. 2. Petr. Io. Anchar. quæſt. famil. lib. 2. q. 48. vbi de talium edictorum validitate nil omnino dubitat; & poſſunt ſubditi à Domino ſuo vbicunque repeti. Crau. conſ. 241. num. 7. circa fin. D. Ludou. Sacca reſp. 18. num. 5. Gail de arreſt. Imper. vbi ſupra. cap. 8. num. 13. & poſt alios Burſat. conſ. 34. num. 26. 27. & ſeq. vbi hanc communem ait, & à toto mundo ita ſeruari teſtatur: & nouiſsimè in hoc eodem caſu, Menoch. d. conſ. 1176. lib. 12. num. 14. 15. vt iam dixi poſt omnia ſcripta viſus, qui tamen non ita clarè, & largè, rem iſtam examinat: adeò vt illa Romani opinio, quam Doc. nu. 15. amplexi ſunt vera ſit, & communis, omninoq; ſequenda, non obſtante aliquorum opinioni, quibus ſuo loco reſpondebitur.

Ratio

Digitized by Google

Ratio autem prædictæ concluſionis, patet ex iamdictis aperta,
65 † arguendo à minori ad maius, vt per Euerar. in loco à minori ad mai. & à maioritate rationis auth. multo magis. C. de Sacroſ. Eccl. latè de hoc Camill. Galin. de verbor. ſignif. lib. 7. cap. 23. Quia
66 quemadmodum reuocantur † Decuriones, & Curiales ad patriam d. l. 1. de Decurio. l. 1. C. ſi curial. relic. Ciui. lib. 11. vt conſueta munera, honores, onera, ſeruitiaq; eorum patrię ſubeant; quam im-
67 pium eſt relinquere: Reuocantur item † Coloni ad terras. l. omnes. l. ſi coloni. C. de agricol. & cenſi. ne inculta rura permaneant.
68 Item † cenſiti, & cenſitores, ſeruiq; glebæ aſtricti ad loca cenſibus obnoxia. l. Colonos. C. de agricol. & cenſi. l. fina. C. in quib. cauſ. colo. l. fina. C. de cenſi. & cenſitori. li. 11. vbi Bart. Lucas, & alij,
69 † ne cenſuum ſolutio pereat; omnia quidem contra publicam vtilitatem, & commoda; de quo etiam Pontan. de obedien. lib. 4. c. 1. alijsq; de cauſis abundè ſatis iam ante commemoratis; Tanto magis, & à fortiori poterunt reuocari ſubditi ab eorum Dominis,
70 & Principibus arctiori hodie vinculo obſtricti; cùm ſint † Principes capita noſtra, patres, & à Deo ſupernè dati Pontan. de obedien. lib. 2. in princi. & lib. 4. c. 3. Guido Pap. deciſ. 631. num. 9. ſecundum autiquam, & num. 30. ſecundum nouiſsimam impreſſionem, vbi adden. ad eum. Craue. conſ. 238. in princ. & alibi ſcri-
71 ptores. † Quibus non parere peccatum, ſacrilegium, rebellio, & offenſio magna, vt ſupra latè ſuo loco probaui per c. 2. de maiori. & obedien. Viui. ad rem optimè deciſio. 106. num. 1. 2. & ſequen.
72 & per Doctor. paſsim: aliàs plura ſequerentur ex hoc † abſurda, quod liceret ſubditis Principum imperia contemnere; eorum Caſtra, oppida, Vrbes, & Prouincias deſertas relinquere, atque habitantium concurſu deformare, ſicque vacuas, & inanes dimittere; contra iura omnia, diuina, Canonica, ciuilia, & humana, contra iamdicta; ad quod confe unt etiam multa tradita per Nat. conſil. 83. nume. fina. conſ. 592. nume. 16.
73 Crauet. conſ. 6. ad finem. Franc. Bec. conſ. 41. num. 25. † Item in Patria relictos, indebitis oneribus ſolos prægrauari contra. l. 1. C. de cenſib. & cenſito. lib. 11. vt ſuo loco latè, & his ſimilia multa.

Ex quibus, valdè admirari non deſino Socin. ſen. conſ. 272. lib. 2. num. 8. 9. 10. Alber. Brun. Iacob. Emillian. & Maluaſ. ab Illuſt. Card. Tuſc. quoq; citatos d. concluſ. 122. num. 11. & quoſuis alios, illorum opinionis ſectatores (& ſi Socin. non loquatur in terminis noſtris) ac Rudolfin. etiam, tàm audacter contrariam ſententiam, omni iuri repugnantem; contra tot rationes, leges, & auctoritates amplexos, & cōtra communem etiam locutos, quaſi antiquitatum

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Romanarum, tàm ſtante Repub. quàm inde Cæſarum,& aliorum Imperatorum, à quibus iura manarunt immemores; non diſtin-
74 guentes † quatuor notiſsima tempora ex hiſtoriarum ſcriptoribus aperta; primum Romanorum Regum, & Reipub.2. Cæſarum poſt Reipub. occaſum. 3. Imperatorum Grȩcorum poſt tranſlatū ad Conſtantineopolitanam Metropolim imperium. 4. Imperatorum Germanorum poſt amiſſum Greciæ Imperium, apud quos Germanos adhuc hodie ſedes Imperij: & ſi tria tantum tempora ad caſum noſtrum diſtinguat aliter Capic.deci.118.num.1.2. confundendo tempora Regum, Reipub. & Romanorum Cæſarum. Aliterq; diſtinguat Robert.Maran. in Specu.3.par. in princ.& per totam, iudicij tela agredit. Quæ quidem tempora, apertiſsimè demonſtrant,illa priſcorum ſȩcula,& conſequentèr Iureconſultorum reſponſa, Cæſarumq; ſanctiones, à feudorum temporibus,& iure,longè, lateq; differre: Romanorum enim temporibus primis, (Regum priſcis ſȩculis omiſsis, quorum legum, & Conſtitutionum nulla memoria) quibus vniuerſi orbis Imperium abſolutè Romani tenebant, dum tanta Incolarum, & aduenarum multitudo,quos peregrinos appellabant,Romam conflueret,eam velut primos apum fȩtus in immenſum excreſcentes,ab vrbe tamquā ex alueario magno, in Colonias Romanas, & Italas nuncupatas,primùm deducebant,non vt tamquā Italiæ oppida tantùm, & ab eis quæſita, tuta ſeruare; ſed Imperij Romani propugnacula eſſe viderentur: illiſq; peregrinis, fortunis, & bonis vacuis; terras, & prædia pro eorum victu, & vſu diſtribuebant, & à Ducibus imperante Senatu,ſub vexillibus mittebantur, teſte ex aliorum teſtimo-
75 nio Pet.Grego. de repub. lib.6.c.7.num.3. † & ſic ab incolendo Coloniæ dictæ.Cȩſarum verò temporibus,iam propagato Caſtris, oppidis,Ciuitatibus,& Prouincijs Imperio; victoribus,& emeritis militibus Cæſares aliqua condonabant: l.item ſi verberatum.§ 1. de rei vindica. l.Lucius. de euictio. & vbique glo. & Doc.Deciſio
76 Hierony.Lauren.Auinion. 133. num.15. † Inde Coloniarum iura immutata,& aucta,atque pluribus Colonijs,& Ciuitatibus,de Imperio Romano benè meritis, aut fœdere iunctis, iura Italica communicata, & priuilegia multa ab ipſis Imperatoribus data. l. 1. & toto titu. de cenſib.Alciat.latè lib.2.diſpunc. c.21. D.Loſa de iure Vniuerſi.par.1. c.2. nu.5. & alibi Doc. vt iſta omnia fiunt legibus etiam noſtris aperta in l.2.§.Cumq; Conſules de origi.iur.vbi Zaſ. Cagnol.& alij proſequuntur. §. fina. Inſtitu. de hæredi. inſtit. vbi Vigl. num.2. l.neque apud peregrinos.C.eo.& vbiq; Doc.Tit.Liu. Hygenus de limitib. Plutar. Appian. Aul.Gel. lib.16. cap.13. & alij;

Digitized by Google

alij;vt fusè de his dignoſci plurima poſſunt apud Alex.ab Alexan. genial. dier. lib.4.c.10. vbi latè Tiraq.in glo.multa, doctaq; colligit,atq; commemorat; hyſtoricos etiam plures in medium proferens. Catalog.de peregrinis.par.11. conſ.22. Sigon. & alij Romanarum rerum obſeruatores; & Petr. Gregor. de repub. lib. 1. c.2.
77 num. 2.† Igitur cùm Romani, & inde Cæſares orbis eſſent Domini,hominum,& agrorum; facilius,liberiusq; cuiq; tunc licebat arbitrio ſuo domicilium, & incolatum quærere, ſi non haberent; & mutare. Quia vbique eidem Imperio ſuberant homines, dummodo relicta rura cenſui obnoxia tributa penderent, alijsq; locis vnde oriundi, vel domicilium conſtituerant, nullum damnum irrogaretur; Romanisq; Imperatoribus,nulla quoque videbatur iniuria fieri,nullumq; præiudiciium, ſicut & oſtendunt. l. & qui origine in princip. de muneri. & honorib. l. nihil ad municipal. vario modo à Doctorib. noſtris inducta l. de iure, & tot alia d. titu. iura; quæ omnes Digeſt. leges fuerunt tantum illorum Iureconſultorum reſponſa,qui Romanorum Cæſarum temporibus, longè poſt Chriſtum natum floruerunt,vt in meo de præcedentia tracta. latè ſatis comprobaui: ob id rebus eorum abſolutè potuerunt, ac peregrinis,Incolis, Colonis,& Ciuibus,quam voluerũt legem pręſcribere; quia iuxta illud poeticum, vt volucri vacuo quidquid in orbe patet,quod adducit Pontan.in tract.de fortitu.lib.2.c.4.

Tertio verò tempore, tranſlato in Gręciam Romano Imperio, primùm à Conſtantino Magno 67. Imperatore à Iulio Cæſare, poſt Chriſtum natum 312. anno; qui ſecundum aliquos fuit pri-
78 mus Chriſtianus Imperator,vt teſtãtur Bart. & Doc. ad l. 1. C.de Sacroſ.Eccleſ.Bart.num.4.7.in repeti. Iaſ. in 2.lec. num.2. Maran.
79 in Specu.aur. par.3. num.16. ab alijs Græcis Imperatoribus † hominum conditio reſtricta,& in nouam ſeruitutis ſpeciem redacta, pluresq; homines facti coloni cenſiti,aſcriptitij,glebę adicti; quibus loca,& rura tali lege colenda relicta; & qui præſcripta ſibi loca deſerere minimè poterant, imò recedentes vindicari, & plecti, toto titu. de agricol. & cenſi. De Colon. paleſtri. De Colon. tracenſi. De Colon. illyricia. vbi Doc.C. lib.11. & alibi ſcriben.Gaill. & alij: Deq; eorum prima origine tractat, Diodor. lib. 2. de fabuloſ. antiq. geſt. & Petr. Vanderanus poſt eum de priuileg. creditor. c.14. Qui mos à Romanis abrogatus, fuit inde à Græcis Imperatoribus alio modo receptus.

Quartò demum tempore,occupato à Mahomete Turcarum tyranno Græcorum Imperio, annis iam octingentis elapſis,vel circa, ac propter immania illa bella, diſtractis Chriſtianorum viribus,

propter Cōſtātini, & Leonis Græcorum Imperatorum inobedientiam; qui oppreſſę ab Aſtulfo Longobardorum Rege Romanæ Eccleſię opem ferre recuſarunt à Stephano Summo Pontifice Romano; vel ſecundum alios à Leone tertio; eo mulctati, vt ab eis Imperium in Carolum Magnum Pipini filium 112. Imperatorem, in Germaniam fuerit tranſlatum anno Chriſti 776. vel ſecundú alios anno 801. vti glo. in ver. tranſtulit oſtendit ad c. Venerabilem. de elect. vbi Io. Andr. num. 42. & Abb. num 17. Reſtaur. de Impera. q. 7. Celſ. Mancin. de iur. principat. lib. 3. c. 3. col. 4. fo. 76. & Peregr. de iu. fiſci. lib. 1. titu. 2. num. 10. 11. apud quos, & alios hiſtoricos de his multa. & Burſat. conſ. 131. num. 81. de iſtis etiam. Qui Carolus inde Magnus, Hadriani Papæ hortatu, Longobardorum Regem Deſiderium, Papiæ obſedit, & expugnauit. c. Hadrianus Papa 63. diſtinc. c. hortatu 23. q. 8. & poſt Marin. Frec. & Thom. Marin. Burſa. ibi num. 81. teſtatur. Petr. autem Rebuff. in practica Cancella. Apoſtolicæ fo. 616. aliter præmiſſa oſtendit in 2. col. verſi. Et nota, quòd tranſlatio Imperij, &c. vbi formalitèr ſcribit, Quod tranſlatio Imperij à Romanis in Germanos, quo prius fuerat facta per Eccleſiam à Græcis in Romanos, ſeu Gallos tempore Caroli Magni fuit facta anno Domini 1484. tempore Gregorij Quinti, qui fuit conſanguineus Ottonis Imperatoris Germanicæ nationis: Res ergo fuit ordinata per Theutonicos, nec mirum ergo vt quidam dicunt, ſi ordinauerint, quòd electio fieret per eos, & fuerint contempti Italici, Galli, & Hiſpani clariſsime nationes Chriſtianorum, vbi de his alia. Tamen quamuis ſit magna Rebuffi auctoritas, vel potius auctoris dictæ practicæ Cancella. Apoſtol. poſitæ poſt practi. benefic. Rebu. qui dicitur fuiſſe Hieronym. Pauli Barchinon. literarum Apoſtolicarum Vice corrector, exiſtimo, vel numerum annorum corruptum, & legendum potius 984. vel continere errorem, quia duo Ottones Imperatores floruerunt annis 968. 983. reſpectiuè, vt ex hiſtorijs didici: & Imperium à Græcis fuit primò tranſlatum in Gallos, & ſic Carolum Magnum anno 806. & durauit in Francia vſque ad annum 910. inde tranſlatum in Germaniam, vt teſtatur Catalog. glor. mun. par. 5. conſi. 28. facie 6. verſic. ex quo licuit ſpoliatis, &c. & redditur probabile auctoritate glo. in c. ad Apoſtolicæ. de ſenten. & re iudica. circa finem verſi. illi autem, vbi ponit nomina ſeptem electorum Imperatoris in Germania, quorum tres Eccleſiaſtici, & quatuor ſeculares; & adducit verſus de his. & glo. illa Io. Andreæ, qui gloſauit ſextũ, & mortuus anno 1348. morbo peſtis, vt Pratęius in lexicon. iuris, ergo inconuincibiliter electio tranſlata in Germanos ante

annum

annum 1484. Dem um pro veritate huius hiſtoriæ, & tranſlatione Imperij in Gallos,& Germanos viden. Petr.Grego.de Repub.li.6. cap.13. num.19.20.29.30. & alijs multa Pululantibus poſtmodum continuò in Italia,& alibi bellorum tumultubus, poſt Gothorum præſertim in Italiam, inuaſiones; adeò vt plurium Ducum, & ſtrenuorum militum,atque Ciuitatum auxilio Longobardis primum, inde Imperatoribus opus fuerit; quod Scriptores ſuis locis proſecuti,& Capyc. d.deciſ. 118. num. 2. verſic. tertium tempus adnotauit,atque Burſat.d.conſ.131.num.79.80. & ſeq. vt & totus titulus de pace Conſtan.in libris feudorum oſtendit: à quo tempore,
80 & etiam antea reſtricta † Vaſſallorum, & ſubditorum libertas in nouam,& antea incognitam ſeruitutis formam; cum ſub Regibus, & Principibus nouo fidelitatis iuramento, quod priſcis temporibus non erat,obſtringi cęperunt: Inde ſtrictius ſubditi,dum Vaſſallis traditi, & infeudati: Nec dubium eſt, poſſe Principem de libero facere ſeruum.l.1.2.& toto titu. C.quib. ad liber. proclama. non lic. Pileus de hoc differens. q. 43. verſ. quod actio in factum,
81 inter varias iur. quæſtio. ſicut & poteſt † homo ipſe, conditionem ſuam aggrauare, & per pactionem conſtituere ſe ſeruum, & hominem alterius, vt latè oſtendit Speculat. de feud. §. quoniam. num. 2.6. 10.11. & alijs, multis iuribus iſtud comprobans. Io. de Plat.in l.diffinimus. C.de agricol.& cenſi. lib.11. Io.Fab.ad §.pen. Inſtit. de iu. perſon. & poſt eos Stephan. Bertran. conſ.163. num. 10.vol.7.Temporis quippe progreſſu Imperatores aſtricti,illis qui opem in bello eis ſtudioſè tuliſſent;officiorum,& laborum premia
82 elargiri; ſicque † Caſtra plura,oppida,Ciuitates cum hominibus, & territorijs,ac integrę Prouincię; Regibus,Ducibus,Marchionibus,Comitibus.& Baronibus, cum diuerſis dignitatum titulis, varijs legibus, conditionibus, & ſeruitiorum pactionibus aſsignata; ac inde feudorum iura cęperunt; atque per vniuerſum terrarum orbem, mos iſte poſtea vſibus, & conſuetudine receptus, vt Vaſſallis feuda liberalitèr, atque gratioſè, pro beneficijs emeritis, quandoque etiam parte, vel toto accedente pretio, & alijs pluribus de cauſis relinquerentur, vt feudorum libri, & paſsim Doc.
83 oſtendunt. † Quæ feudorũ quidem iura annis circiter 1136.1183. & paulò ante inualuerunt,vt clarè feudorum Codices iſta demonſtrant,lex Lotharij ſub titu. de prohi. feu.aliena. per Lothar. in fine, qui fuit Imperator 130. coronatus anno 1125. & in titu. de pace Conſtan. in fine, quæ fuit Federi. Impera. Oenobarbi dicti Barbaroſſa num. 132. coronati anno 1152. ſub Hadriano Quarto: vt hiſtoriarum compilatores teſtantur, & Burſat.d.cõſ.131.nu.81.

&

Digitized by Google

84 & ſic primum † feuda Gothico, ſeu Lombardiço vocabulo nuncupata à feed, quod bellum, vel à fide dicta: Recipientes autem velut Coloni, ſeu famuli, Vaſſalli poſtea dicti; & bona ea lege data, vt ipſi, & poſteri patroni loco colant, & beneficij authorem perpetuò agnoſcant; vt de his latè Prateius in lexic.iur.in ver.feudum, & in ver. Vaſſallus poſt plures alios diſſerit. Roſent. cap. 1. concluſ.6.num.4.5. Nec antea certè tribus illis Romanæ Reip.
85 ſtantis; Cæſarum, & Imperatorum Græcorum temporibus, † feudorum natura cognita: vt clarè hinc pateat apertè lapſos Vigl. Inſtitu.de mili. teſtam.num.22.Zaſ.de feud.in princip. par.1.nu.1. Burſat. poſt Frec. & Caſſan. d.conſ.131. nu.83. & qui eos ſequuntur omnes, putantes ab antiquis Romanis originē habuiſſe feuda; dum clientalis ſuis, qui eos ſequebantur, talia colenda, & habitanda premij loco largiebantur: Quia hæc mera ſomnia, & à Senatu ſolo, non à particularibus fuiſſent feuda condonata; ſed alicubi ſaltem de his aliqua veſtigia quoquomodo apparerent, quod nemo teſtari auſus. Quare meritò contrariam ſententiam Doc. noſtri communiter amplexi teſte. Claro in §.feudum.q.1. Iaſ.in prȩlud.feudor. num.33. Capic.d.deciſ.118.num.2.verſic.tertium tempus. Craue. conſ. 241. num. 15. poſt Doc. teſtantes Romanorum temporibus feuda fuiſſe incognita, & benè, de quo Roſent. cap. 1. conclu.8. glo.a.b c.d. plura alia. Burſat.communem dicens.d.cōſ. 131. num. 79.

Ex quibus quidem omnibus patet euidenter, hanc opinionem,
86 ex feudorum lege veriſsimam, & tutiſsimam, † vt ſubditi omnes, & Vaſſalli, non poſsint à loco ſuorum Dominorum recedere, ſed abſentes repeti, & vindicari ſub pœna, etiam ſi ſubditorum Vaſſalli, ſuperiorem quoque recognoſcant. Quæ quidem omnia clara quotidianus omnium Prouinciarum vſus oſtendit, cum omni tempore Reges, & Principes; pululante præſertim tempore belli, ſubditos, & Vaſſallos ad eorum ditionem reuocent, & præſentes grauiſsimis indictis pœnis contineant; vt hoc anno 1610. menſe Aprilis Sereniſsimi Ducis noſtri Sabaudiæ generali edicto factum, & quamuis diſputet Celſus Mancin. de iure principat. lib.4.c.10. an Princeps ſit Dominus vitæ ſubditorum, & facultatū, & concludat iuriſdictionem tantum habere, non dominium; tamen admittit eſſe affectos, & legibus pœnalibus aſtrictos; & ſic ſententiæ noſtræ non officit.

Quæ quidem ſingula corroborantur inſuper ex pluribus. Pri-
87 mùm, quia certiſsimum eſt † feuda à Regibus, Ducibus, & Vaſſallis remiſſa regulariter non vacua, ſed cum mero, & mixto imperio, iu-

iuriſdictione,& territorio tranſlata; ergo cum hominibus in territorio exiſtentibus,& conſequenter affectis,& obligatis ad habitan
88 dum † cum ſint pars fundi,& territorij Vaſſallo inueſtito traditi; quia imperium,& iuriſdictio neceſſariò includunt, & præſupponunt homines, in quos imperium,& iuriſdictio exerceantur: terri-
89 torium,habitantium miniſteria † ſine quibus territorium inutile. l.imperium vbi Doc. de iuriſd.omn.iud. ibi, in facinoroſos homines.Corraſ. poſt alios lib.3. Miſcelan.c.17. Maſc. de proba. in ver. iuriſdictio. conclu.946. & trib. ſeq. Peregrin.de iu.fiſc. lib.1. tit.2. num. 100. & de hominibus cum territorio alienatis eſt tex. vbi Doc. in c. 1. in princ. de capita. q cur. vendi. vbi curia intelligitur de territorio, ſeu Comitatu Caſtri, vt poſt alios oſtendit Camil. Borrel. ad Petr. Belug. in Specu. Princi. rub. 1. de Curia in princ.
90 in 1. additio. lit.A. & in ſuo conſ.26. num.37. lib.1.† & quod homines ſint pars fundi probant l.2. l.cum ſcimus circa finem.C.de agricol. & cenſi. lib.11.l.3. de diuerſ.& temporali.præſcrip.l.iubemus la 2. in princip. C. de Sacroſ. Eccleſ. Roffred. Beneuenta. in Sabbatin. quæſtio. q.50. num.5. Boer. deciſ.212. num.21. 22. & ſeq. & deciſio. 227. num.1. & ſeq. Azo in Sum. C. de agricol. & cenſi.num.7.lib.11.Luc.de Pen. & alij ſupra relati.Iacobin. in ver. cum mero,& mixto imper. num.2.& ſeq. Paul.de Caſt.de hominibus in conceſsione feudi tranſlatis loquens conſ.353.num.2.lib.1. Bertran.conſ.43.volum.7. num.2.3. Zaſ.conſ.19.lib.2.nu.3. Andr. Gail. lib.ſingu. de pignora. obſerua.8. num.7. vbi iura quoque allegat. Nat.conſ.435.num.22.24. & per totum. Craue. conſil.983. num.7. Maſc. conclu.1190. nu.fina. in ver. poſſeſsio. aliàs ſine hominibus,remanerent territoria,& rura deſerta contra iamdicta,& tradita à Socin. iun. iam allegato conſ.76. lib.4. num.17. Decian. conſ.44. nu. fina. lib.4. Cum inſuper ſine hominum, & incolarum miniſterio, ac ſeruientium vſu, commodè poſsideri minimè poſſint argum. l.2. de iuriſd. omn. iudic. vbi Alex. in princip. ad rem
91 noſtram tradit,† conceſſo aliquo,omnia illa conceſſa cenſeri, ſine quibus conceſsio eſſet inutilis: & Iaſ.num.3.poſt Oldrad.conſ. 11. ponit valdè ad rem iſtam quæſt. quod ſi conceſſum ſit priuilegium hoſpitali pauperum, quod de prouentibus, & reditibus, qui expenduntur in vſus pauperum,non ſoluatur decima: quod de prouentibus, & reditibus, qui expenduntur in vſus illorum hominum,qui hoſpitali preſunt,& ſeruiunt pauperibus,non debeat etiã ſolui decima, quia ſine talibus ſeruientibus pauperes illi viuere nõ poſſent.Dec.ad l.in omnibus cauſis.de reg.iur.nu.8.9.Cagn.nu.11. Doc. in apoſt.ad Dyn.in c.priuilegiũ ſub num.7.de reg.iur.in lit.c.

Camill.

Camil. Gallin. de verbor. ſignifica. lib.8. c.25. num. 6. 7. Anton. Borrin. ad rem iſtam de Caualca.par.1.c.6.aliqua. & de his amplè poſt multos Menoch. lib.3. præſump. c. 99. Andr. Gail. lib.1. c.6.
92 nume. 28. de pace pub. † Caſtro conceſſo,omnia alia annexa, & munitiones cenſeri conceſſo, & lib. 2. obſerua. c. 62. num. 9. conceſſo Caſtro,tranſlatos Vaſſallos cenſeri. Couarru.practi.q.li. c.1. nu.10. & c.2. Idque eſſet contra Domini concedentis, & Vaſſalli recipientis mentem,infructuoſa territoria remittere contra l. fina.
93 de Conſtitu. Princi. l. non omnis ſi cert. peta. & † mens Domini concedentis ea ſemper eſſe videtur, vt territorium Vaſſallo relinquat, tàm benè hominibus, artificibus, & operarijs inſtructum, quàm fieri poſsit, & feudi qualitas expoſtulat argum. totius titu. de fundo inſtruc. & inſtrum. lega. præſertim in l. inſtrumenta. §. fina. l. quæſitum. §. ſaltuarij. l. ſi ita. §. fina. vbi Bart. & l. Ville inſtrumento ad finem, eo. titu. quia ſine hominum miniſterio neceſſario,vt toties dixi, rura poſsideri, & fructuoſa retineri minimè poſſunt,vt dictis iuribus clariſs. patet: et argumentis multis omiſſis,in terminis,et in indiuiduo, clarè Fulu. Pacian. de proba.lib.2. c. 36. num. 106. poſt Bald. tradit † conceſſo Caſtro, venire ſubditos,& Vaſſallos in conſequentiam territorij, cuius glebis ſunt affixi; quoniam eos Vniuerſitas territorij terret, & circunſcribit: De Vaſſallorum autem ſeruitijs, caualcatis, oneribus, quibus Regibus,& eorum Principibus obſtricti, pleni ſunt feudorum libri; & copiosè poſt alios de iſtis etiam integrum tractatum edidit Anton. Borrin. cui inſcriptio, de Caualcata, vbi par. 1. & per totum volumen, materiam iſtam pertractat; de quo Borrinij tracta. mentionē fecit Hortenſ. Caualcan. de brachio Reg. par.6.nu.92. circa finem.

Secundò, quia iſti homines cum feudo, & territorio traditi, ſunt in quadam anormala ſeruitutis ſpecie, vt nemo negare iſta poterit, ex tot ſeruitijs, Roydis, oneribus, & præſtationibus perſonalibus,quibus obnoxij. Iaſ. in præl ud. feudor. num.33. Craue.
94 conſ.241. num.15. poſt alios, concludentes † feuda continere ſeruitutem perſonalem,& rerum; & Vaſſallus tamquam ſeruitor, & clientulus. c.1. §.& ſi clientulus de feu.aliena. Rolan.conſ.1.nu.32. & conſ.85. nu.32.33. & ſeq. lib.4. & ſic quoad quid liberi,quo ad quid ſerui: quia ſunt liberi,cum ſequantur aliorum liberorum hominum conditionem; ſed quoad quid ſerui,cum teneantur ad obſequia,ſeruitia,& pręſtationes perſonales tantas,quę niſi à pręſentibus præſtari nō poſſunt,ob id loca propter hęc non deſerenda,& ſic tamq̄ Coloni,ſeu homines aſcriptitij,& ſecūdū Bal.glebę affixi

l.colones.

l.colonos.C.de agricol.& cenſi. l.2.in princ.in quib.cauſ. colo.lib. 11. l.ſi quis. C.de Epiſcop. & cleri. & ad rem rectè Roffred.Beneu. q. Sabbati 50. Petrus habebat; vbi nu. 3. quod Dominus cum ſua terra poteſt aſcriptitium alienare, & liberare per l. ne diutius. C. de agricol. & cenſi. Zaſ.d.conſ.19. lib.2. num.3. & lib. 1. ſingular. reſpon. cap.3.num.75.76. & ſeq. & per totum cap. de hac materia
95 agit,& † quomodo conueniant,& diferant Vaſſalli,& liberti oſtendit: & idem Zaſ.lib.2. ſingul.reſpon.c.7.num.8. Andr.Gail.d.c.8. num.1.2.3. Eucrar.in loco à liber. ad Vaſſal.& de hoc tex.elegans in l.vnica.C.de colon.tracenſi. lib.11.ibi,& licet conditione videantur ingenui. Inſuper ſubditorum conditionem ſeruilem eſſe,cum ad onera,& tot grauamina teneātur, latè oſtendit Iacob. Ferrerius Toloſan. in nouis additio. ad Deciſio.Guido.Pap. hoc anno 1610. impreſſas Lugduni deciſio.57.per tres integras col. & col.3. verſi.
96 Hi ſunt præcipuè,&c. oſtendit † in Gallia eſſe quoſdā Vaſſallos, & ſubditos ſeruilis cōditionis appellatos, gens de meins mortes. & de his omnibus etiam latè Guido Pap.deci.312. & quatuor ſeq. & deciſ. 361. vbi latè moderni plures adden. ad eum, teſtantes
97 olim † in Gallia ſubditos plures tamquam ſeruos habitos; & Ferrer. ad deciſio. 217. eiuſdem Guido. Pap. in addi. vlti. Ergo ſi ſerui,& non ſimpliciter liberi, recedere non poterunt, vt de agricolis,cenſitis,colonis,& aſcriptitijs iura teſtantur toto d tit. C.de agricol. & cenſi.lib.11. præſertim in l.omnes l.colonos.l.ſi coloni. l.vnica de Colon.paleſtri.ibi,ita vt illis non liceat ex his locis,quorum fructu releuatur abſcedere. l. vni. de colon. tracenſi, ibi, ipſi
98 quidem originario iure teneantur; & ibi, & licet † conditione videantur ingenui,ſerui tamen terræ ipſius, cui nati ſunt exiſtimantur; vbi tex. ad hoc elegans. & iterum. l.vni. de Colon. illyrician. ibi,ita vt ſi abſceſſerint, & ad alium tranſierint, reuocati,vinculis, pœniſque ſubdantur. Quæ iura validiſsimè hoc, & apertè in ar-
99 gumentum comprobant. Item † ſi poſſent recedere,priuarentur Domini,& Vaſſalli debitis illis præſtationibus Caponum,Colombarum,piperis; pluribus ſeruitijs, Roydis, & alijs notiſsimis; de quibus per Iacobin. in ver. & cum pacto, quod dicti Vaſſalli præſtent ſingulis annis: & in ver. & promiſerunt eidem Domino ſuo præſtare debita ſeruitia. Roſent. loco iam allegato de præſtatione ſeruitiorum agens. idem Iacobin.de Royd. D. Senat. Sola ad antiq. Decre. Sabau. Decre. rempub. in 2. par. glo. 6. nume.4. 5. &
100 ſeq. latè de his † Roydis, quas Galli curuatas appellant Guido Pap.deciſ.217.472. vbi nouiſsimi addentes plura ad rem iſtam effundunt. Faciunt etiam tit. de oper. liberto. de obſeq. D. & C.

&

& alia plura; & in ſpecie Zaſ. d.lib.1.c.3. ſingul.reſpon.vbi nu.87. 88.94. diſſerit de operis obſequialibus,artificialibus,& fabrilibus, quas ſubditi Vaſſalli ſecundum feudorum naturam præſtare conſueuerunt: & de iſtis præſtationibus, & ſubditorum debitis ſubſidijs, & ſeruitijs iterum ampliſs. ſcripſit Iacobus Ferrer. in d. additio. ad Deciſio. Guid. Pap. 57. vbi plura arreſta poſt auctoritates multas recenſet: & hæc tanto magis ſi ſubditi ſe ipſos ad hæc obligauerint, vt per eundem Guido.Pap. deciſ.314 num. 2. 3. &
101 deciſ.315. vbi adden. & † in Patria noſtra Pedemontana hæc frequentiſsima, & clariſsimè patent in ſubditis Comitum Valpergię, & Sancti Martini, qui duris ſeruitijs, & præſtationibus reperiuntur aſtricti, & per ſententiam Senatus ſub 19. Septembris 1609. latam, dictum ipſos ſubditos in ſtricta illa ſeruitiorum præſtatione, & obligatione retinendos; cum bona ab eorum Dominis ſub præſcriptis, & ſi duris legibus, habuerint ita affecta. Ergo ſimili caſu ſubditi tamquā aſcriptitij cenſendi toto d.titu. C. de agric. & cenſi. & Guido Pap. d. deciſ. 314. 315. & Doc. in addi. & præſertim Iacob. Ferrer. in additio. ad deciſ.361.de quo ad rem Petr. Beluga in Specu. Princip.rub. 14. num. 31. Itaque fortius, & efficatius contra tales valebunt edicta de habitando, & non recedendo.

Tertiò, facit ad hoc communis illa Doc. cōcluſio, de qua per Canoniſtas ad c. auditis de præſcrip. ad c. dilecti filij de maiori. & obedien. vbi Abb. & Felyn. num.1. quod ſubditi poſſunt contradicere Domino,ſe, & terram alij Domino ſubmittere volenti;
102 Quia quemadmodum † intereſt Domini non perdere ſubditum; Ita intereſt ſubditi non mutare Dominum, Iacobi. in ver. Dux verſi. vlterius quæro num.1. Euerar.in loco à liber. ad Vaſſal. nu.4. Craue. d. conſ.973. num. 32. Roſental. cap.9. in cōclu. 62. Ecce ergo Doc. metientes intereſſe Domini in amiſsione ſubditi; ergo
103 tamquā † res ſua,ab eo inuito auferri non poterit. l. id quod noſtrum de regul. iur. Nat. de feudo agens conſ.501. num. 34. Gabriel. de in.quæſi. non tollen.conclu.1.Bec.conſ.3.num.51.Roſent. cap.9.conclu.67.num.3. & in glo.g.et ad rem iſtam tex.in l.per colonum iam allegata.C.de agricol. et cenſi. lib. 11. l. ſi quis 20. C. de epiſcop. et cleri. et de origine harum hominum ſubiectionum poſt Diodor. tradit Petr. Vandera. de priuil. credit. c. 14. circa medium.

Quartò, confirmatur hæc concluſio,ex aperto textu in tit. quę
104 ſint rega. ibi † angariæ,et perangariæ; quæ ſunt perſonales præſtationes,vt interpretātur glo. et Doc. et Affl.poſt alios fuſiſsime

ergo

Digitized by Google

ergo ſi tranſlatio regalium includit angarias,et perangarias à ſubditis debitas, conſequenter ſubditi obnoxij, et affecti perſonalibus præſtationibus erga Dominos inueſtitos de regalibus, vt latè, et pulchrè Andr.Gail. de arreſt. imper. c.10. num.1.2.et ſeq. et recedere non poterunt,tamquā tranſlati,et de corpore loci infeuda-
105 ti vt iamdictum; Quia quemadmodum † liberti,qui operas patrono debent,non poſſunt recedere, et ita abeſſe ne patrono operas præſtent. l. quod niſi §. ex prouincia de oper. liberto. Imò
106 † recedentes repeti poſſunt, & contra occultantes tales libertos, operarum reſtitutio,& pœna ſit indicta l. mancipia. §. libertis de ſeru.fugit. l.pen. & fina. de oper. liberto. C. ergo idem, et in Vaſſallo ex ſimilitudine, et argumento ab vno ad alium ducto ex Zaſ. et Euerar. vbi ſuprà; ad quod ſpecialiter facit tex. ille elegantiſs. iam citatus, à nemine, quem viderim ad hoc ponderatus in d.l. vni. C. de colo. illiricia. §. 1. ibi, ita vt ſi abſceſſerint, et ad alium tranſierint reuocati, vinculis, pœniſque ſubdantur; Anton. Borrin. de Caualca. par. prima. cap. 9. proximè ad rem.

Quintò, Conferunt multa in titu. de feu. aliena. per Corrad. de Domini,et Vaſſallorum vtilitate à ſubditis non minuenda, ſed iuuanda,et augenda, ibi, poſt principium, ſuorum ſeniorum ſeruitia ſubterfugere; ibi; beneficijs ſuis exutos: et ad finem principij, ibi, per quod Imperij, vel Dominorum minuatur vtilitas:, et ibi glo. in ver. vtilitas, et Doc. omnes: atque de hoc abundè ſatis per me alibi. Item in §. ſi quis verò, ibi ac beneficio ſe cariturum agnoſcat, ergo faciendo contra vtilitatem, feudum amittit; quæ quidem argumenta ad prædictorum corroborationem maxima.

Ex quibus nunc omnibus, dilucidè meo iuditio patet, nil prorſus omninò,in hoc articulo cōmuni Doc. opinioni obſtare: Quia ad l.nihil. l.non vtique ad municipal. et ſimilia, quę videntur pro-
107 bare † cuiq; liberum eſſe,vbi velit domicilium conſtituere, quod ex Bart. ad l. aſſumptio ad munici. in princ. num. 1. Malua. deducit d. conſil. 63. num.15. et alij iam allegati. Bertr. conſ. 356. lib.4. num.1. quod non prohibetur quis habere domicilia in duobus locis; nec cogendus talia loca deſerere: Reſponſio patet ex ipſomet textu, in verbo ei interdictum non ſit. et in l. Incola
108 la 2. eo. titu. ibi incolatui renuntiare non poteſt; ergo † domicilium ſubditus mutare non poterit ſi ei ſit à Vaſſallo, et Domino interdictum, vt ita Doc. reſpondent, & in ſpecie Socin. iun. d. conſil.76. lib.4. nu. 19. quod poteſt Dominus facere, et iure prohibere

hibere

hibere tamquàm in re ſua, cum ei ſubditi ratione originis, domicilij, ac incolatus quæſiti, parere cogantur, vt ſupra abundè probaui: Quæ tamen l. nihil ad municipa. ſi rectè ponderetur, illud non probat, ad quod allegatur; quia illud verbum interdictum refertur ad locum ad quem, non à quo; & ſic ad locum vbi vult domicilium conſtituere, quod facere poteſt, niſi ei interdictum per l. 1. & tot. titu. de interdic. & relega. fortè propter delictum, aut quid ſimile; ſed de loco à quo vult recedere. l. illa non loquitur, quia contradiceret tot alijs legibus, liberum domicilium, & incolatum cuique permittentibus. l. Labeo. l. aſſumptio. §. Iuris prudentibus. l. eius qui. §. fina. ad municipa. Concluſio tamen in ſe vera eſt, poſſe ſubdito receſſum interdici, & domicilij mutationē, rationib. alijs ex feudorū lege ꝑ me adductis in caſu noſtro; Quia Dominus in Vaſſallos, & ſubditos illi affectos, ius habet prohibēdi ne recedāt, & reuocādi ſi abſint; per iam dicta, & hæc etiam Ponta. rectè probat in tracta. de obedien. lib. 4. c. 1. & 4. vbi plura ad propoſitum facientia ſubtiliter tradidit. & Bart. met. ad d. l. aſſumptio. num. 1. ſi acuratè attendatur pro ſententia noſtra difficultatem ſoluere noſcitur, reſpondendo ad contrarium. l. in bello, §. manumittendo de capti. quod domicilium nudum, ſeu incolatus poteſt mutari libera voluntate, ſed ciuilitas contracta, vel natiuitate, vel alijs modis non: ergo cum in Vaſſallis, & ſubditis contracta ſit quædam ſeruitus, atque ſubiectio arctior, quam mera ciuilitas, mutari ad libitum minimè poterit ex tot nexibus, & cauſis iam allegatis. Idem, & reſpondetur legi magis ſpecificè loquenti in l. pen. C. de oper. liber. vbi textus ait libertos, vbi voluerint commorandi arbitrium habere; quia glo. ibi in ver. arbitrium decla-
109 rat, ita tamen vt poſsint operas patronis exhibere: & ſic † ſubditi recedere non poterunt ſi damnum Vaſſallo inferatur, & debita ſeruitia præſtari nequeant, & ſupra tetigi: & plura per Guido. Pap. & adden. ad eum q. 217. nu. 2. ergo illa iura non obſtant. Nec conſ. Bertran. quia non loquitur in terminis noſtris, nec de ſubdito Vaſſalli, & domini: & quatenus ita loqueretur, malè conſuluiſſet, vt ex præmiſsis abundè ſatis liquet.

Secundò, Reſpondeo ex præmiſsis antiquitatum fundamentis, aliter d. iura communia, Romanorum legibus emanata, non ita facilè feudorum materiæ, & Vaſſallorum iuri poſſe adaprari: quia poſt diſtincta, & reſtricta rerum dominia, conſtat vniuerſi orbis partes inter Pontificer, Imperatores, Reges, Duces, Reſpub. & alios Dominos diſtributas: c. ego Lodouicus 63. diſtinc. Coarctata itē, & reſtricta cuiuſq; dominij, & Vaſſallorum iura; hominesque, & habi-

tantes ſingulorum territoriorum in conſequentiā quoque diſtributos; & ſingulos, ſuorum dominorum partes, fortunam, & imperia ſecutos, & vbi originem traxerunt commorari conſueuiſſe; & per conſtitutionem Ioan. 22. Regnum Germaniæ à Francię Regno; & Italia ab Imperio diuiſa, vt Lodouic. Gomez. in proem. regular. Cancela. q. 1. num. 25. poſt Alberic. oſtendit; & Peregri. de iu. fiſ. lib. 1. titu. 2. num. 11. refert, vt omnibus iſta ſunt in aperto; plenaq; antiquorū, & modernorū volumina: feudorum, & feudiſtarū libri quoq; demōſtrāt. obid in priſtina illa libertate, quæ Romanorū tēporibus vigebat; dū ſub vno tātū viuebatur imperio, homines nūc non reperiri; propterea habitationem, & domicilium ad cuiuſque arbitrium, libertate illa ſublata, non poſſe amplius immutari, mutatis rerum vicibus; in Regum, Principum, & vaſſalorum pręiudicium; niſi eorum accedente conſenſu, vt latè ſupra demonſtraui: obid illa communia iura, non ita ſtrictè, & ad corticem contra vaſſallos intelligenda; nec contra feudorum iura, & leges, ſi illis contradicant; ſed feudorum conſuetudines, traditioneſque potius eſſe ſeruanda: & vt ait Ioan. de Anania in diſputatione de aliena. feu. §. ad partem negatiuam num. 28. circa medium; quod in feudis non eſt locus argumentis legalibus, imò quod ſcriptū eſt ſeruatur; adeò, vt qui regalia habet, habeat, & ſubditos angarios, & perāgarios; perſonalibus ſeruitijs, & alijs obſequijs, operis, & preſtationibus obſtrictos: & qui feudum cū mero, & mixto imperio iuriſdictione, & territorio habeat, etiam hominibus, & habitātibus inſtructum; propterea in vaſſallorum locis teneri manere, nec impunè recedere poſſe, etiam ſi vaſſalli, ſubditis imperantes, ſuperiorem quoque recognoſcant; tranſlato in eos etiam territorio, vt dixi, cum hominibus ſubditis, & habitantium miniſterio inſtructo; ſine quibus loca, & territoria neceſſariò teneri, nuda cum proprietate non poſſunt; contra Brun. Emillian. Maluaſ. & Rodolfin. Imò cum propter ſolā habitationem ius in nouos incolas, vaſſallus ita aquirat, tamquam in ſuo ſolo, & terra impinguatos, & alitos, vt ab eis iuramentū aſſecurationis exigere meritò poſſit, vt per Guido. pap. deci. 307. vbi adden. preſertim vbi talis conſuetudò viget, vt per eos: ad quod facit l. incola la p. ad municipa. Nec mirum de diuerſitate tanta, cū
110 †nouum non ſit pro temporum, rerum, & perſonarum mutatione, iura quoque, & ſtatuta humana, diſpſitioneſque immutari c. non debet in princi. ex. de conſanguinita. & affinita. Catalog. glo. mun. par. 10. conſi. 18. col. 2. verſi. Quinto facit. Magdalen de nume. teſt. par. 1. c. 22. nu. 39. & ſeq. & vt perbellè ſcripſit Pontan. lib. 2. de Principe fo. 273. verſi de priuatis quoque aliquid. Ex quibus abundè ſatis, articulus iſte clarus, in ſubdito ſimplici apparet.

Digitized by Google

propter Cōſtātini, & Leonis Græcorum Imperatorum inobedientiam; qui oppreſſę ab Aſtulfo Longobardorum Rege Romanæ Eccleſię opem ferre recuſarunt à Stephano Summo Pontifice Romano;vel ſecundum alios à Leone tertio;eo mulctati, vt ab eis Imperium in Carolum Magnum Pipini filium 112. Imperatorem, in Germaniam fuerit tranſlatum anno Chriſti 776. vel ſecundū alios anno 801. vti glo. in ver. tranſtulit oſtendit ad c. Venerabilem. de elect. vbi Io. Andr. num. 42. & Abb. num 17. Reſtaur. de Impera. q. 7. Celſ. Mancin. de iur. principat. lib. 3. c. 3. col. 4. fo. 76. & Peregr. de iu. fiſci. lib. 1. titu. 2. num. 10. 11. apud quos, & alios hiſtoricos de his multa. & Burſat. conſ. 131. num. 81. de iſtis etiam. Qui Carolus inde Magnus, Hadriani Papæ hortatu, Longobardorum Regem Deſiderium, Papiæ obſedit, & expugnauit. c. Hadrianus Papa 63. diſtinc. c. hortatu 23. q. 8. & poſt Marin. Frec. & Thom. Marin. Burſa. ibi num. 81. teſtatur. Petr. autem Rebuff. in practica Cancella. Apoſtolicæ fo. 616. aliter præmiſſa oſtendit in 2. col. verſi. Et nota, quòd tranſlatio Imperij, &c. vbi formalitèr ſcribit, Quod tranſlatio Imperij à Romanis in Germanos, quo prius fuerat facta per Eccleſiam à Græcis in Romanos, ſeu Gallos tempore Caroli Magni fuit facta anno Domini 1484. tempore Gregorij Quinti, qui fuit conſanguineus Ottonis Imperatoris Germanicæ nationis: Res ergo fuit ordinata per Theutonicos, nec mirum ergo vt quidam dicunt, ſi ordinauerint, quòd electio fieret per eos, & fuerint contempti Italici, Galli, & Hiſpani clariſsime nationes Chriſtianorum, vbi de his alia. Tamen quamuis ſit magna Rebuffi auctoritas, vel potius auctoris dictæ practicæ Cancella. Apoſtol. poſitæ poſt practi. benefic. Rebu. qui dicitur fuiſſe Hieronym. Pauli Barchinon. literarum Apoſtolicarum Vice corrector, exiſtimo, vel numerum annorum corruptum, & legendum potius 984. vel continere errorem, quia duo Ottones Imperatores floruerunt annis 968. 983. reſpectiuè, vt ex hiſtorijs didici: & Imperium à Græcis fuit primò tranſlatum in Gallos, & ſic Carolum Magnum anno 806. & durauit in Francia vſque ad annum 910. inde tranſlatum in Germaniam, vt teſtatur Catalog. glor. mun. par. 5. conſi. 28. facie 6. verſic. ex quo licuit ſpoliatis, &c. & redditur probabile auctoritate glo. in c. ad Apoſtolicæ. de ſenten. & re iudica. circa finem verſi. illi autem, vbi ponit nomina ſeptem electorum Imperatoris in Germania, quorum tres Eccleſiaſtici, & quatuor ſeculares; & adducit verſus de his. & glo. illa Io. Andreæ, qui gloſauit ſextū, & mortuus anno 1348. morbo peſtis, vt Pratæius in lexicon. iuris, ergo inconuincibiliter electio tranſlata in Germanos ante

annum

Digitized by Google

annum 1484. Dem um pro veritate huius hiſtoriæ, & tranſlatione Imperij in Gallos, & Germanos viden. Petr. Grego. de Repub. li. 6. cap. 13. num. 19. 20. 29. 30. & alijs multa Pululantibus poſtmodum continuò in Italia, & alibi bellorum tumultubus, poſt Gothorum præſertim in Italiam, inuaſiones; adeò vt plurium Ducum, & ſtrenuorum militum, atque Ciuitatum auxilio Longobardis primum, inde Imperatoribus opus fuerit; quod Scriptores ſuis locis proſecuti, & Capyc. d. deciſ. 118. num. 2. verſic. tertium tempus adnotauit, atque Burſat. d. conſ. 131. num. 79. 80. & ſeq. vt & totus titulus de pace Conſtan. in libris feudorum oſtendit: à quo tempore,
80 & etiam antea reſtricta † Vaſſallorum, & ſubditorum libertas in nouam, & antea incognitam ſeruitutis formam; cum ſub Regibus, & Principibus nouo fidelitatis iuramento, quod priſcis temporibus non erat, obſtringi cęperunt: Inde ſtrictius ſubditi, dum Vaſſallis traditi, & infeudati: Nec dubium eſt, poſſe Principem de libero facere ſeruum. l. 1. 2. & toto titu. C. quib. ad liber. proclama. non lic. Pileus de hoc diſſerens. q. 43. verſ. quod actio in factum,
81 inter varias iur. quæſtio. ſicut & poteſt † homo ipſe, conditionem ſuam aggrauare, & per pactionem conſtituere ſe ſeruum, & hominem alterius, vt latè oſtendit Speculat. de feud. §. quoniam. num. 2. 6. 10. 11. & alijs, multis iuribus iſtud comprobans. Io. de Plat. in l. diffinimus. C. de agricol. & cenſi. lib. 11. Io. Fab. ad §. pen. Inſtit. de iu. perſon. & poſt eos Stephan. Bertran. conſ. 163. num. 10. vol. 7. Temporis quippe progreſſu Imperatores aſtricti, illis qui opem in bello eis ſtudioſè tuliſſent; officiorum, & laborum premia
82 elargiri; ſicque † Caſtra plura, oppida, Ciuitates cum hominibus, & territorijs, ac integrę Prouincię; Regibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus. & Baronibus, cum diuerſis dignitatum titulis, varijs legibus, conditionibus, & ſeruitiorum pactionibus aſsignata; ac inde feudorum iura cęperunt; atque per vniuerſum terrarum orbem, mos iſte poſtea vſibus, & conſuetudine receptus, vt Vaſſallis feuda liberalitèr, atque gratioſè, pro beneficijs emeritis, quandoque etiam parte, vel toto accedente pretio, & alijs pluribus de cauſis relinquerentur, vt feudorum libri, & paſsim Doc.
83 oſtendunt. † Quæ feudorũ quidem iura annis circiter 1136. 1183. & paulò ante inualuerunt, vt clarè feudorum Codices iſta demonſtrant, lex Lotharij ſub titu. de prohi. feu. aliena. per Lothar. in fine, qui fuit Imperator 130. coronatus anno 1125. & in titu. de pace Conſtan. in fine, quæ fuit Federi. Impera. Oenobarbi dicti Barbaroſſa num. 132. coronati anno 1152. ſub Hadriano Quarto: vt hiſtoriarum compilatores teſtantur, & Burſat. d. cõſ. 131. nu. 81.

&

Digitized by Google

84 & ſic primum † feuda Gothico, ſeu Lombardiço vocabulo nũcupata à feed, quod bellum, vel à fide dicta: Recipientes autem velut Coloni, ſeu famuli, Vaſſalli poſtea dicti; & bona ea lege data, vt ipſi, & poſteri patroni loco colant, & beneficij authorem perpetuò agnoſcant; vt de his latè Prateius in lexic. iur. in ver. feudum, & in ver. Vaſſallus poſt plures alios diſſerit. Roſent. cap. 1. concluſ. 6. num. 4. 5. Nec antea certè tribus illis Romanæ Reip.
85 ſtantis; Cæſarum, & Imperatorum Græcorum temporibus, † feudorum natura cognita: vt clarè hinc pateat apertè lapſos Vigl. Inſtitu. de mili. teſtam. num. 22. Zaſ. de feud. in princip. par. 1. nu. 1. Burſat. poſt Frec. & Caſſan. d. conſ. 131. nu. 83. & qui eos ſequuntur omnes, putantes ab antiquis Romanis originẽ habuiſſe feuda; dum clientulis ſuis, qui eos ſequebantur, talia colenda, & habitanda premij loco largiebantur: Quia hæc mera ſomnia, & à Senatu ſolo, non à particularibus fuiſſent feuda condonata; ſed alicubi ſaltem de his aliqua veſtigia quoquomodo apparerent, quod nemo teſtari auſus. Quare meritò contrariam ſententiam Doc. noſtri communiter amplexi teſte. Claro in §. feudum. q. 1. Iaſ. in prçlud. feudor. num. 33. Capic. d. deciſ. 118. num. 2. verſic. tertium tempus. Craue. conſ. 241. num. 15. poſt Doc. teſtantes Romanorum temporibus feuda fuiſſe incognita, & benè, de quo Roſent. cap. 1. conclu. 8. glo. a. b c. d. plura alia. Burſat. communem dicens. d. cõſ. 131. num. 79.

Ex quibus quidem omnibus patet euidenter, hanc opinionem,
86 ex feudorum lege veriſsimam, & tutiſsimam, † vt ſubditi omnes, & Vaſſalli, non poſsint à loco ſuorum Dominorum recedere, ſed abſentes repeti, & vindicari ſub pœna, etiam ſi ſubditorum Vaſſalli, ſuperiorem quoque recognoſcant. Quæ quidem omnia clara quotidianus omnium Prouinciarum vſus oſtendit, cum omni tempore Reges, & Principes; pululante præſertim tempore belli, ſubditos, & Vaſſallos ad eorum ditionem reuocent, & præſentes grauiſsimis indictis pœnis contineant; vt hoc anno 1610. menſe Aprilis Sereniſsimi Ducis noſtri Sabaudiæ generali edicto factum, & quamuis diſputet Celſus Mancin. de iure principat. lib. 4. c. 10. an Princeps ſit Dominus vitæ ſubditorum, & facultatũ, & concludat iuriſdictionem tantum habere, non dominium; tamen admittit eſſe affectos, & legibus pœnalibus aſtrictos; & ſic ſententiæ noſtræ non officit.

Quæ quidem ſingula corroborantur inſuper ex pluribus. Pri-
87 mùm, quia certiſsimum eſt † feuda à Regibus, Ducibus, & Vaſſallis remiſſa regulariter non vacua, ſed cum mero, & mixto imperio, iu-

Digitized by Google

iuriſdictione,& territorio tranſlata; ergo cum hominibus in territorio exiſtentibus,& conſequenter affectis,& obligatis ad habitan
88 dum † cum ſint pars fundi,& territorij Vaſſallo inueſtito traditi; quia imperium,& iuriſdictio neceſſariò includunt, & præſuppo-nunt homines, in quos imperium,& iuriſdictio exerceantur: terri-
89 torium,habitantium miniſteria † ſine quibus territorium inutile. l.imperium vbi Doc. de iuriſd.omn.iud. ibi, in facinoroſos homines.Corraſ. poſt alios lib.3. Miſcelan.c.17. Maſc. de proba. in ver. iuriſdictio. conclu.946. & trib. ſeq. Peregrin.de iu.fiſc. lib.1. tit.2. num. 100. & de hominibus cum territorio alienatis eſt tex. vbi Doc. in c. 1. in princ. de capita. q cur. vendi. vbi curia intelligitur de territorio, ſeu Comitatu Caſtri, vt poſt alios oſtendit Camil. Borrel. ad Petr. Belug. in Specu. Princi. rub. 1. de Curia in princ.
90 in 1. additio. lit.A. & in ſuo conſ.26. num.37. lib.1. † & quod homines ſint pars fundi probant l.2. l.cum ſcimus circa finem.C.de agricol. & cenſi. lib.11.l.3. de diuerſ.& temporali.præſcrip.l.iubemus la 2. in princip. C. de Sacroſ. Eccleſ. Roffred. Beneuenta. in Sabbatin. quæſtio. q.50. num.5. Boer. deciſ.212. num.21. 22. & ſeq. & deciſio. 227. num.1. & ſeq. Azo in Sum. C. de agricol. & cenſi.num.7.lib.11.Luc.de Pen. & alij ſupra relati.Iacobin. in ver. cum mero,& mixto imper. num.2.& ſeq. Paul.de Caſt.de hominibus in conceſsione feudi tranſlatis loquens conſ.353.num.2.lib.1. Bertran.conſ.43.volum.7. num.2.3. Zaſ.conſ.19.lib.2.nu.3. Andr. Gail. lib.ſingu. de pignora. obſerua.8. num.7. vbi iura quoque allegat. Nat.conſ.435. num.22.24. & per totum. Craue. conſil.983. num.7. Maſc. conclu.1190. nu.fina. in ver. poſſeſsio. aliàs ſine hominibus,remanerent territoria,& rura deſerta contra iamdicta,& tradita à Socin. iun. iam allegato conſ.76. lib.4. num.17. Decian. conſ.44. nu. fina. lib.4. Cum inſuper ſine hominum, & incolarum miniſterio, ac ſeruientium vſu, commodè poſsideri minimè poſſint argum. l.2. de iuriſd. omn. iudic. vbi Alex. in princip. ad rem
91 noſtram tradit,† conceſſo aliquo,omnia illa conceſſa cenſeri, ſine quibus conceſsio eſſet inutilis: & Iaſ.num.3.poſt Oldrad.conſ. 11. ponit valdè ad rem iſtam quæſt. quod ſi conceſſum ſit priuilegium hoſpitali pauperum, quod de prouentibus, & reditibus, qui expenduntur in vſus pauperum,non ſoluatur decima: quod de prouentibus, & reditibus, qui expenduntur in vſus illorum hominum,qui hoſpitali preſunt,& ſeruiunt pauperibus,non debeat etiã ſolui decima, quia ſine talibus ſeruientibus pauperes illi viuere nõ poſſent. Dec. ad l.in omnibus cauſis.de reg.iur.nu.8.9.Cagn.nu.11. Doc. in apoſt.ad Dyn.in c.priuilegiũ ſub num.7.de reg.iur.in lit.e.

Camill.

Digitized by Google

Camill. Gallin. de verbor. ſignifica. lib.8. c.25. num. 6. 7. Anton. Borrin. ad rem iſtam de Caualca.par.1.c.6.aliqua. & de his amplè poſt multos Menoch. lib.3. præſump. c. 99. Andr. Gail. lib.1. c.6.
92 nume. 28. de pace pub. † Caſtro conceſſo,omnia alia annexa, & munitiones cenſeri conceſſo, & lib. 2. obſerua. c. 62. num. 9. conceſſo Caſtro,tranſlatos Vaſſallos cenſeri. Couarru.practi.q.li. c.1. nu.10. & c.2. Idque eſſet contra Domini concedentis, & Vaſſalli recipientis mentem,infructuoſa territoria remittere contra l. fina.
93 de Conſtitu. Princi. l.non omnis ſi cert. peta. & † mens Domini concedentis ea ſemper eſſe videtur, vt territorium Vaſſallo relinquat, tàm benè hominibus, artificibus, & operarijs inſtructum, quàm fieri poſsit, & feudi qualitas expoſtulat argum. totius titu. de fundo inſtruc. & inſtrum. lega. præſertim in l. inſtrumenta. §. fina. l. quæſitum. §. ſaltuarij. l.ſi ita. §. fina. vbi Bart. & l. Ville inſtrumento ad finem, eo. titu. quia ſine hominum miniſterio neceſſario,vt toties dixi, rura poſsideri, & fructuoſa retineri minimè poſſunt,vt dictis iuribus clariſs. patet: et argumentis multis omiſſis,in terminis,et in indiuiduo, clarè Fulu. Pacian. de proba.lib.2. c. 36. num. 106. poſt Bald. tradit † conceſſo Caſtro, venire ſubditos,& Vaſſallos in conſequentiam territorij, cuius glebis ſunt affixi; quoniam eos Vniuerſitas territorij terret, & circunſcribit: De Vaſſallorum autem ſeruitijs, caualcatis, oneribus, quibus Regibus,& eorum Principibus obſtricti, pleni ſunt feudorum libri; & copioſè poſt alios de iſtis etiam integrum tractatum edidit Anton. Borrin. cui inſcriptio, de Caualcata, vbi par. 1. & per totum volumen, materiam iſtam pertractat; de quo Borrinij tracta. mentionē fecit Hortenſ. Caualcan. de brachio Reg. par.6.nu.92. circa finem.

Secundò, quia iſti homines cum feudo, & territorio traditi, ſunt in quadam anormala ſeruitutis ſpecie, vt nemo negare iſta poterit, ex tot ſeruitijs, Roydis,oneribus, & præſtationibus perſonalibus,quibus obnoxij. Iaſ. in prælud. feudor. num.33. Craue.
94 conſ.241. num.15. poſt alios, concludentes † feuda continere ſeruitutem perſonalem,& rerum; & Vaſſallus tamquam ſeruitor, & clientulus. c.1. §.& ſi clientulus de feu.aliena. Rolan.conſ.1.nu.32. & conſ.85. nu.32.33. & ſeq. lib.4. & ſic quoad quid liberi,quo ad quid ſerui: quia ſunt liberi,cum ſequantur aliorum liberorum hominum conditionem; ſed quoad quid ſerui,cum teneantur ad obſequia,ſeruitia,& pręſtationes perſonales tantas,quę niſi à pręſentibus præſtari nō poſſunt,ob id loca propter hęc non deſerenda,& ſic tamq̃ Coloni,ſeu homines aſcriptitij,& ſecūdū Bal.glebę affixi

l.colonos.

l.colonos.C.de agricol.& cenſi. l.2.in princ.in quib.cauſ. colo.lib. 11.l.ſi quis. C.de Epiſcop. & cleri. & ad rem rectè Roffred.Beneu. q. Sabbati 50. Petrus habebat; vbi nu. 3. quod Dominus cum ſua terra poteſt aſcriptitium alienare, & liberare per l. ne diutius. C. de agricol. & cenſi. Zaſ.d.conſ.19. lib.2. num.3. & lib. 1. ſingular. reſpon. cap.3.num.75.76. & ſeq. & per totum cap. de hac materia
95 agit,& † quomodo cõueniant,& diferant Vaſſalli,& liberti oſtendit: & idem Zaſ.lib.2. ſingul.reſpon.c.7.num.8. Andr.Gail.d.c.8. num.1.2.3. Eucrar.in loco à liber. ad Vaſſal.& de hoc tex.elegans in l.vnica.C.de colon.tracenſi. lib.11.ibi,& licet conditione videantur ingenui. Inſuper ſubditorum conditionem ſeruilem eſſe,cum ad onera,& tot grauamina teneãtur, latè oſtendit Iacob. Ferrerius Toloſan. in nouis additio.ad Deciſio.Guido.Pap. hoc anno 1610. impreſſas Lugduni deciſio.57.per tres integras col. & col.3. verſi.
96 Hi ſunt præcipuè,&c. oſtendit † in Gallia eſſe quoſdã Vaſſallos, & ſubditos ſeruilis cõditionis appellatos, gens de meins mortes. & de his omnibus etiam latè Guido Pap.deci.312. & quatuor ſeq. & deciſ. 361. vbi latè moderni plures adden. ad eum, teſtantes
97 olim † in Gallia ſubditos plures tamquam ſeruos habitos; & Ferrer. ad deciſio. 217. eiuſdem Guido. Pap. in addi. vlti. Ergo ſi ſerui,& non ſimpliciter liberi, recedere non poterunt, vt de agricolis,cenſitis,colonis,& aſcriptitijs iura teſtantur toto d tit. C.de agricol. & cenſi.lib.11. præſertim in l.omnes l.colonos.l.ſi coloni. l.vnica de Colon.paleſtri.ibi,ita vt illis non liceat ex his locis,quorum fructu releuatur abſcedere. l. vni. de colon. tracenſi, ibi, ipſi
98 quidem originario iure teneantur; & ibi, & licet † conditione videantur ingenui,ſerui tamen terræ ipſius, cui nati ſunt exiſtimantur; vbi tex. ad hoc elegans. & iterum. l.vni. de Colon. illyrician. ibi,ita vt ſi abſceſſerint, & ad alium tranſierint, reuocati,vinculis, pœniſque ſubdantur. Quæ iura validiſsimè hoc, & apertè in ar-
99 gumentum comprobant. Item † ſi poſſent recedere,priuarentur Domini,& Vaſſalli debitis illis præſtationibus Caponum,Colombarum,piperis; pluribus ſeruitijs, Roydis, & alijs notiſsimis; de quibus per Iacobin. in ver. & cum pacto, quod dicti Vaſſalli pręſtent ſingulis annis: & in ver. & promiſerunt eidem Domino ſuo præſtare debita ſeruitia. Roſent. loco iam allegato de præſtatione ſeruitiorum agens. idem Iacobin. de Royd. D. Senat. Soſa ad antiq. Decre. Sabau. Decre. rempub. in 2. par. glo. 6. nume.4. 5. &
100 ſeq. latè de his † Roydis, quas Galli curuatas appellant Guido Pap. deciſ. 217. 472. vbi nouiſsimi addentes plura ad rem iſtam effundunt. Faciunt etiam tit. de oper. liberto. de obſeq. D. & C.

&

Digitized by Google

& alia plura; & in ſpecie Zaſ. d.lib.1.c.3. ſingul.reſpon.vbi nu.87. 88.94. diſſerit de operis obſequialibus,artificialibus,& fabrilibus, quas ſubditi Vaſſalli ſecundum feudorum naturam præſtare conſueuerunt: & de iſtis præſtationibus, & ſubditorum debitis ſubſidijs, & ſeruitijs iterum ampliſs. ſcripſit Iacobus Ferrer. in d. additio. ad Deciſio. Guid. Pap. 57. vbi plura arreſta poſt auctoritates multas recenſet: & hæc tanto magis ſi ſubditi ſe ipſos ad hæc obligauerint, vt per eundem Guido.Pap. deciſ.314. num. 2. 3. &
101 deciſ.315. vbi adden. & † in Patria noſtra Pedemontana hæc frequentiſsima, & clariſsimè patent in ſubditis Comitum Valpergiæ, & Sancti Martini, qui duris ſeruitijs, & præſtationibus reperiuntur aſtricti, & per ſententiam Senatus ſub 19. Septembris 1609. latam, dictum ipſos ſubditos in ſtricta illa ſeruitiorum præſtatione, & obligatione retinendos; cum bona ab eorum Dominis ſub præſcriptis, & ſi duris legibus, habuerint ita affecta. Ergo ſimili caſu ſubditi tamquã aſcriptitij cenſendi toto d.titu. C. de agric. & cenſi. & Guido Pap. d. deciſ. 314. 315. & Doc. in addi. & præſertim Iacob. Ferrer. in additio. ad deciſ.361.de quo ad rem Petr. Beluga in Specu. Princip.rub. 14. num. 31. Itaque fortius, & efficatius contra tales valebunt edicta de habitando, & non recedendo.

Tertiò, facit ad hoc communis illa Doc. cõcluſio, de qua per Canoniſtas ad c. auditis de præſcrip. ad c. dilecti filij de maiori. & obedien. vbi Abb. & Felyn. num.1. quod ſubditi poſſunt contradicere Domino,ſe, & terram alij Domino ſubmittere volenti;
102 Quia quemadmodum † intereſt Domini non perdere ſubditum; Ita intereſt ſubditi non mutare Dominum, Iacobi. in ver. Dux verſi. vlterius quæro num.1. Euerar.in loco à liber. ad Vaſſal. nu.4. Craue. d. conſ.973. num. 32. Roſental. cap.9. in cõclu. 62. Ecce ergo Doc. metientes intereſſe Domini in amiſsione ſubditi; ergo
103 tamquã † res ſua,ab eo inuito auferri non poterit. l. id quod noſtrum de regul. iur. Nat. de feudo agens conſ.501. num. 34. Gabriel. de in.quæſi. non tollen.conclu.1.Bec.conſ.3.num.51.Roſent. cap.9.conclu.67.num.3. & in glo.g.et ad rem iſtam tex.in l.per colonum iam allegata. C.de agricol. et cenſi. lib. 11. l. ſi quis 20. C. de epiſcop. et cleri. et de origine harum hominum ſubiectionum poſt Diodor. tradit Petr. Vandera. de priuil. credit. c. 14. circa medium.

Quartò, confirmatur hæc concluſio,ex aperto textu in tit. quę
104 ſint rega. ibi † angariæ,et perangariæ; quæ ſunt perſonales præſtationes,vt interpretãtur glo. et Doc. et Affl.poſt alios fuſiſsime

ergo

Digitized by Google

ergo ſi tranſlatio regalium includit angarias,et perangarias à ſubditis debitas, conſequenter ſubditi obnoxij, et affecti perſonalibus præſtationibus erga Dominos inueſtitos de regalibus, vt latè, et pulchrè Andr.Gail. de arreſt. imper. c.10. num.1.2.et ſeq. et recedere non poterunt,tamquã tranſlati,et de corpore loci infeuda-
105 ti vt iamdictum; Quia quemadmodum † liberti,qui operas patrono debent,non poſſunt recedere, et ita abeſſe ne patrono operas præſtent. l. quod niſi §. ex prouincia de oper. liberto. Imò
106 † recedentes repeti poſſunt, & contra occultantes tales libertos, operarum reſtitutio,& pœna ſit indicta l. mancipia. §. libertis de ſeru.fugit. l.pen. & fina. de oper. liberto. C. ergo idem, et in Vaſſallo ex ſimilitudine, et argumento ab vno ad alium ducto ex Zaſ. et Euerar. vbi ſupra; ad quod ſpecialiter facit tex. ille elegantiſs. iam citatus, à nemine, quem viderim ad hoc ponderatus in d.l. vni. C. de colo. illiricia. §. 1. ibi, ita vt ſi abſceſſerint, et ad alium tranſierint reuocati, vinculis, pœniſque ſubdantur; Anton. Borrin. de Caualca. par. prima. cap. 9. proximè ad rem.

Quintò, Conferunt multa in titu. de feu. aliena. per Corrad. de Domini,et Vaſſallorum vtilitate à ſubditis non minuenda, ſed iuuanda,et augenda, ibi, poſt principium, ſuorum ſeniorum ſeruitia ſubterfugere; ibi; beneficijs ſuis exutos: et ad finem principij, ibi, per quod imperij, vel Dominorum minuatur vtilitas: et ibi glo. in ver. vtilitas, et Doc. omnes: atque de hoc abundè ſatis per me alibi. Item in §. ſi quis verò, ibi ac beneficio ſe cariturum agnoſcat, ergo faciendo contra vtilitatem, feudum amittit; quæ quidem argumenta ad prædictorum corroborationem maxima.

Ex quibus nunc omnibus, dilucidè meo iuditio patet, nil prorſus omninò,in hoc articulo cõmuni Doc. opinioni obſtare: Quia ad l.nihil. l.non vtique ad municipal: et ſimilia, quę videntur pro-
107 bare † cuiq; liberum eſſe,vbi velit domicilium conſtituere, quod ex Bart. ad l. aſſumptio ad munici. in princ. num. 1. Malua. deducit d. conſil. 63. num.15. et alij iam allegati. Bertr. conſ. 356. lib.4. num. 1. quod non prohibetur quis habere domicilia in duobus locis; nec cogendus talia loca deſerere: Reſponſio patet ex ipſo met textu, in verbo ei interdictum non ſit. et in l. Incola
108 la 2. eo. titu. ibi incolatui renuntiare non poteſt; ergo † domicilium ſubditus mutare non poterit ſi ei ſit à Vaſſallo, et Domino interdictum, vt ita Doc. reſpondent, & in ſpecie Socin. iun. d. conſil.76. lib.4. nu. 19. quod poteſt Dominus facere, et iure prohibere

tantes ſingulorum territoriorum in conſequentiã quoque diſtributos; & ſingulos,ſuorum dominorum partes, fortunam, & imperia ſecutos, & vbi originem traxerunt commorari conſueuiſſe; & per conſtitutionem Ioan. 22. Regnum Germaniæ à Francię Regno; & Italia ab Imperio diuiſa, vt Lodouic. Gomez. in proœm. regular. Cancela. q. 1.num.25. poſt Alberic. oſtendit; & Peregri. de iu.fiſ. lib.1. titu. 2.num.11.refert,vt omnibus iſta ſunt in aperto;plenaq; antiquorũ, & modernorũ volumina:feudorum,;& feudiſtarũ libri quoq;demõſtrãt.obid in priſtina illa libertate, quæ Romanorũ tẽporibus vigebat; dũ ſub vno tãtũ viuebatur imperio, homines nũc non reperiri;propterea habitationem, & domicilium ad cuiuſque arbitrium, libertate illa ſublata, non poſſe amplius immutari, mutatis rerum vicibus;in Regum, Principum, & vaſſalorum pręiudicium;niſi eorum accedente conſenſu, vt latè ſupra demonſtraui: obid illa communia iura,non ita ſtrictè, & ad corticem contra vaſſallos intelligenda; nec contra feudorum iura, & leges, ſi illis contradicant;ſed feudorum conſuetudines, traditioneſque potius eſſe ſeruanda: & vt ait Ioan. de Anania in diſputatione de aliena.feu.§. ad partem negatiuam num.28. circa medium; quod in feudis non eſt locus argumentis legalibus,imò quod ſcriptũ eſt ſeruatur;adeò, vt qui regalia habet,habeat,& ſubditos angarios,&perãgarios;perſonalibus ſeruitijs, & alijs obſequijs, operis, & preſtationibus obſtrictos:& qui feudum cũ mero, & mixto imperio iuriſdictione, & territorio habeat,etiam hominibus, & habitãtibus inſtructum;propterea in vaſſallorum locis teneri manere, nec impunè recedere poſſe,etiam ſi vaſſalli,ſubditis imperantes, ſuperiorem quoque recognoſcant; tranſlato in eos etiam territorio, vt dixi, cum hominibus ſubditis, & habitantium miniſterio inſtructo; ſine quibus loca, & territoria neceſſariò teneri, nuda cum proprietate non poſſunt; contra Brun. Emillian. Maluaſ.& Rodolfin. Imò cum propter ſolã habitationem ius in nouos incolas,vaſſallus ita aquirat, tamquam in ſuo ſolo,& terra impinguatos, & alitos,vt ab eis iuramentũ aſſecurationis exigere meritò poſſit, vt per Guido. pap. deci.307. vbi adden.preſertim vbi talis conſuetudò viget,vt per eos: ad quod facit l. incola la p. ad municipa. Nec mirum de diuerſitate tanta, cũ
110 †nouum non ſit pro temporum,rerum,& perſonarum mutatione, iura quoque, & ſtatuta humana, diſpſitioneſque immutari c. non debet in princi.ex.de conſanguinita. & affinita.Catalog. glo. mun. par.10.conſi.18.col.2.verſi. Quinto facit. Magdalen de nume. teſt. par.1.c.22.nu.39.& ſeq.& vt perbellè ſcripſit Pontan.lib.2.de Principe fo.273.verſi de priuatis quoque aliquid.Ex quibus abundè ſatis,articulus iſte clarus, in ſubdito ſimplici apparet.

11 In terminis nũc,& in indiuiduo,in †vaſſallo ſubdito, ꝙd poſsit aſtringi,ne extra locum,& territorium habitet, imò à Domino vbicunque uindicari;& cogi terras ipſius Domini,atque vrbes repetere,& habitare ſub pœna confiſcationis, & amiſsionis feudi, tradunt apertè DD. qui hanc quæſtionem in ſpecie decidunt, Bart.& ſi de confiſcatione non agat,ad l.1.§.1.num.1.circa medium, de rei uindic. Iſern.ad c.regni, quisquis, de burgenſibus fol.219. in gl.& latè in reperto.in verbo feudum.col.1. & 2. Luc.de de Penn.iura, & rationes validas in medium proferens ad l.2.num. 2. ad l. fina. n.15. C. de cẽſit.& cenſito.lib.11.verſ. vltimo nota ex hac lege caſum vaſſallorum.& ad l. 2.C.de agric.& cenſit.num.14.15.& ad l.generali. C.de decurion. lib.10 col.1.verſ. Item an poſſit Baro,&c.Bald.& ſi non tam clarè in prælud. feud. num. 39. Afflict. ad c.pacis cultum. num. 16. ad conſtit.regni,& ad conſt.iuris gentium , num.27. & in deciſ.265, num.74 75. deciſ.307 num 11.12. & in vſib. feud.tit.de regalijs in ver. angariæ. nu.5. & 6. latè proſequitur,quod vaſſallus, qui tenetur ad ſeruitia domino , poteſt cogi ad repetẽdam, & habitandam terram,quia videtur habere feudum ſub hac conditione, dummodo non recedat, ibi habitet , & ſeruitia Domino præſtet ; &ſi non venerit poſt tertiam citationem , poterit feudo priuari , & poſtea non auditur , allegat Bald.in prælud. feud.num.17, qui adducit optimum tex. in l. omnes. de agric. & cenſit. C. lib. 11. Item allegat.l.fina.C.de cenſ.& cenſito.eod.lib. vbi Luc. de Penna nu.15. hoc expreſsè tenet: Item idem Afflict.ibid.num.6. verſ.& eſt ſciendum, ſcribit, quod tales vaſſalli poſſunt appellari homines noſtri,
12 quia tales † vaſſalli ſunt ſicut ſerui; l. ſi fundus, §.ſi ſeruum tuum, ſi cert.pet.id eſt hominem tuum l. 1.& 2.C. de Epiſc. & cler.ſecundum Specul.de feud.in princ.num.6. q.1. & idem quod Afflict.determinarunt etiam Capyc.deciſ.168.num.2.3.4.vbi loquitur de angarijs, & parangarijs. refert, & ſequitur Ill. Card. Tuſch. tom. 3. pra.t.concl.iur.in lit.f.ver. feudum.concl.116.num.30.Menoch. de recup.poſſeſs.remed.10.num.55.56.57.& ſeq.& poſt eos Andreas Gaill. de arreſt.Imperij.d.c.8.num.13. Boſs.dicto tit.de foro compet.num.37. poſt Iacob.a S.Georgio de Royd.Put.in tract.de Syndic.in rubr. de exceſs. Baron.§. excedunt.c.1. num.32. & multis ſequent.vſque ad num. 42. Marin. Freccia de ſubfeud.qui Parid.allegat.lib.2.15.auctoritate. Brun.conſ.132.lib.2.quem etiam citat ad hoc,& ſequitur Ant. Borrinus de Caualca.par.2.c.2. in §. fidelitas. Io.Ant.de Nigris ad c. regni c. 23. Incip. grauamina. num.32.poſt medium. & num. 36. & num. 108. vbi tradit magis debere priuari feudo quam bonis patrimonialibus. & ad c.110. Item ſtatuimus n. 1.2.& ad c.108. Item ſtatuimus quod ſi vaſſalli.num.2.3.4.Cephal.

conſ. 18.

Digitized by Google

conſ.18.num.17.& alijs,& vltimo loco Menoch. in hoc eodem caſu conſultus reſpondit; & ſi non tanto apparatu,rationibus, & auctoritatibus materiam pertractauerit d. conſ. iam citato. 1176.li.12. n. 1.2.15.16.& ſeq. quod incipit de prima. Et plura alia tradiderunt Andr. de Iſern. & Afflict. ad conſt. regni. ſi vaſſallus, & ad conſt. Quisquis: etſi non omnes de fendi confiſcatione, ſed de præcepto tantum nonulli loquantur, ea ratione inter cæteras, quia expedit Dominis plures ſubditos habere;& eorum loca, habitantium frequentiæ vacua non relinqui, ſed plena ſuis hominibus conſeruari,
113 nec diminutionem hominum pati; quia † præmium dignitatis eſt plures ſubiectos habere, vt in Auth.conſtit.quæ de dignit.§.volumus.quem ad hoc citat,& ita tradit Io.Bapt.de Caccia ſup.cõſ.4. inſerto poſt conſ. Zabarel. num. 57. poſt princip. Item latiſs. Ant. Borri.de Caualc.par.1.2.& 3. vbi plura cumulat: & ſtringit hic fortius ratio illa ſuperius latè comprobata, quia ſicut ſubditi tranſlati cum iuriſdictione,& territorio,& tanquam glebę affixi; tanto magis vaſſalli illo arctiori fidelitatis,& iuramenti vinculo,præter prædicta obſtricti,vt ſępè pertractum. Quia cum cenſeantur ad ſeruitia
114 regulariter obligati; † operarum præſtationes, & debita illa ſubditorum officia, atque vaſſallorum ſeruitia, fructus iuriſdictionis ſunt, qui ad Dominos, & vaſſallos reſpectiuè pertinere debent. l. fructus hominis. l. non hominis de pecul.ſeruorum Andr.Gaill.de
115 Arreſt.imper. c. 10. num. 1. Item quia † ſub ea conditione bona cenſentur vaſſallis remiſſa, morandi in terris ſuis,nec recedendi. vt per Parid.de Put. vbi ſupra nu. 40.Io.Ant.de Nigr.ad d.c.108.n.4. poſt medium, & alios ſupra relatos: Adeò ut cum hæc communiſſima ſit Doctorum concluſio,& opinio,quam Doc. nu.17.quoque ſecuti ſunt, nemine diſcrepante, excepto Roſenta. cui opportuno tempore reſpondebitur, omninò ab omnibus ſequenda; & ſecundum eam iudicandum,ad cumulata per Syl. Nup. lib.5.& 6. num.1 & ſeq. & de hoc iuſtiſſimo decreto nihil ſit omninò amplius dubitandum: tanto magis concurrente generali feudiſtarum traditio-
116 ne,qua prædicta corroborantur; quia ſecundum omnes † vaſſalli,recuſantes præſtare ſeruitia Dominis, poſſunt feudo priuari. Iacob.in verbo promiſſerunt eidem domino debita ſeruitia. Doct.ad c.primum. §. ſed non eſt alia iuſtior. quæ ſit prima cauſa benef. amitt. vbi Afflict.nu.1. pro regula id tradit. Io. Ant.de Nigr. ad c. Regni,c.108.num.5.Petr. Rebuff. in declarat.feud. num.8.loquens de proclamatibus, & cridis, citat Io. Saxon. ad conſuetud. Turonenſes Caſſan. & alios: & nouiſſimè de ſeruitiorum præſtatione, & amiſſione feudi propter illa non præſtita Henric. Roſent. de feud.

c.8. concl.4. latisſimè, vbi teſtatur ea, quamuis non conuenta, ſem-
117 per intelligi debita, atque promiſſa: adeò, vt non poſſit † vaſſallus gaudere feudo, qui non poteſt, aut non vult ſeruitium exhibere, ob id debet dimittere feudum. ſic Roland. poſt Bald. conſ.44. num. 16. lib.4. & ſecundum Illuſtrſs. Cardin. Manti. tract de tacit. & ambig. conuentio. lib. 23. tit.2. num.21. in feudo, illud ſeruandum, quod naſcitur ex tacito contractu, & ſic, vt ſeruitium faciat, & hoc ex radice contractus loco tacitæ conditionis: arg.l.quæro.§. inter locatorem locati; & ſic feudum amittetur, ſi ſeruitium facere recuſet, propter quod datum regulariter, feudum. Ill.Card.Tuſch. concl. 199. num. 2. & feudum dicitur vaſſallo conceſſum ſub condittione, dummodo non ſit ingratus Domino Burſat. Cumulatiſſime poſt multos conſ. 187. num.14. & ſecundum aliam Doct. tra-
118 ditionem † Princeps poteſt vaſſallis aliquod iuſtum præcipere, ſub pœna indignationis, & hoc caſu eos feudo priuare. Caſſan. poſt Bald. & alios in Catalog. glorię mundi par.5. conſi.24. art.41. Iaſ. in princ.l. vni.ſi quis ius dicen. non obtemp. num. 2. Cagnol.nu.5. 6. Iacob in inueſtit. vers. dictique vaſſalli el.1.num.37.38. & in ver. Princeps. verſ. ſed an Princeps. num.5. ergo, & hic Sereniſs. Dux ob talem iure optimo conceptam indignationem, propter contumaciam, inobedientiam, & decreti ſui contemptum, in peſſimum ſubditorum exemplum, & ſi talis comminatio ſpecificè non emanata, cum effectu tamen aperta, feuda confiſcare iuſtisſimè poterit.

Et quamuis non ignorem, aliquibus hoc durum videri, quod propter denegata a vaſſallo ſeruitia, debeat vaſſallus feudo priuari per l. ſolo obſequij. C. de liber.cauſ. vt per Euerard. in loco a liberto ad vaſſallum num. 1. circa medium, cum delictum conſiſtat in omittendo. Tiraque. in tract. de pęn. remitt.c.44. num.34. vbi
119 de † liberto loquitur, qui vaſſallo ęquiparatur, vt per Euerard. ibidem; & per alios ſuo loco ad hanc rem adductos: delictaque in omittendo, læuius ſemper, atque remisſius plectantur, quam in committēdo. Tiraquel. ad ſaturitatem d. tract. de pœnis. c.44. nu. 22.23.24.& ſeq. Excell. Oſaſc. deciſ.71. num.37.38.39.& in ſpecie Burſat. fuſisſimè in terminis ſeruitiorum denegatorum, quod non poſſit vaſſallus feudo priuari, ad filiorum, & agnatorum excluſionem. d. conſ.225. num. 93. 94. & pluribus ſequent, vbi accerrimè pro hac ſententia, multorum teſtimonio pugnat. & Roſenth. etiam
120 c.3. concl.33. num. 54. tradat † ob delictum omiſſionis, non poſſe vaſſallum feudo priuari, niſi in re magni momenti, loquens tamē in iuſtitia denegata à vaſſallo, & negligentia faciendi iuſtitiam. Natt. conſ.528. num.16. ad rem noſtram eleganter poſt Bald. tradit quod

dit quod ſi actū ſit inter Dominum, & vaſſallum, quod propter feloniam non perdatur feudum, illud pactum intelligitur de felonia, quæ eſt in omittendo, non autem de ea, quæ eſt in committendo, iuribus, & rationibus per eum adductis, ergo magis delict a committendo aggrauant. Item, & quod recedens à terra Domini, non poſſit priuari bonis, ſibi à Domino conceſſis, vt poſt Specul. tradit Par. Put. de Syndic. de exceſſib. Baro. c. 1. num. 38. & Io. Ant. de Nigr. ad c. Regni. c. 108. num. 40. ad fin. extat q; cap.
121 regis Roberti in hoc apertum, c. 208. cuius rubrica talis eſt, † quod Barones, vel feuda tenentes non priuentur feudo propter contumaciam præſtationis ſeruitij, quod incipit. Nolumus tuam latere notitiam, vbi latè Io. Ant. de Nigr. in additioni. inſiſtit; de quo etiam mentionem ad rem facit Io. de Arnono dialogo 79. quæro abs te: & Andr. Gaill. obſeru. lib. 1. obſ. 17. num. 8. quod bona tantum ſub conditione capi dicantur, donec reducantur, & ſic non abſolutè, nec irreuocabiliter per l. ſi quis fortè. §. ſi quis comitum de pœn. Tamen multipliciter ad iſta reſpondeo: Primū, hoc delictum non conſiſtere ſimpliciter in omittendo, etſic in denegatione ſeruitiorum, ſed habere contumaciam annexam, quæ tranſit in delictum, legibus odioſum; quia contumacia eſt delictū. l. omne delictum. vbi Bart. de re milit. Rol. d. conſ. 47. num. 2. lib. 2. Andr. Gaill. in terminis ſubditorum loquens de arreſt. imper. c. 10. num. 12. 13. 14. multum ad rem. & num. 14. ſic ſcribit. Talibus enim principijs ianua ad rebellionem aperitur, & futurorum ma-
122 lorum fomenta ſubminiſtrātur: quo circa huiuſmodi † principijs obſtandum, ne ſerò medicina paretur. & alia ad rem valdè. & contumax infidelis reputatur c. nulli 28. diſtin. Rol. ibid. num. 30. l. 1. cum materia. ſiquis ius dic. non obtemp. & tot. tit. de milit. vaſſall. qui contum. eſt, alibi paſſim Doct. ſitque talis inobedientia, & contumacia contra legem contractus, ac naturam feudi tacitè vaſſallagio inſitam, de ſtando, habitando, & non recedendo. Bart. ad rem, ad l. 3. nu. 1. ad fin. de interd. & releg. conceptamque probabiliter indignationē iuſtiſſimam à Sereniſs. Duce, quæ filijs, & agnatis perpetuo exemplo eſſe debet, ad feudi realem priuationem; alias tot remedia, tot priuationes, tot feudorum aperturæ; in Ducum, & vaſſalorum fauorem ſeruirent mundo de uento, quod nequaquam dicendum, teſte ad hoc Luca de Penna ad l. fin. num. 6. C. de cen-
123 ſib. & cenſit. lib. 11. dicente apertè † leges non debere eſſe ludibrio, nec iudicantis edictum, aut Prætoris imperium; tanto magis Principum, qui magiſtratus. Prætoreſque conſtituunt. Et quamuis tale delictum conſiſteret etiam in omittendo, tamen præponde-

rat culpæ, & delicto in committendo: cum fundetur in peruicaci, doloſa, atque fraudulenta, & affectata inobedientia, quæ eſt altera
124 rebellio; & vaſſallus rebellis, vt in principio dixi: † inobedientia delictum ad eò graue, & grauisſimum eſt, quod hæreſi comparetur, c. ſciendum. vbi DD. 8. q. 1. Rol. d. conſ. 47. num. 4. lib. 2. & capitali pœna quandoque digna. l. 3. §. in bello. de re milit. vbi gloſ. illum tex. notandum ait contra ſubditos pro prælatis; & Doct. de illa materia paſſim, præſertim Cagn. in princ. l. vnicę. ſi quis ius dicen. non obtemp. num. 7. ad finem. Sigis. Scac. lib. 1. cauſ. ciuil. & crimin. c. 97. num. 182. plura. Tiraquel. copioſè multa exempla proferens de pœn. cau. 52. num. 3. 4. & ſequen. Et de vaſſallorum inobedientia, quando quis ſe ſubtrahit à ſui domini obedientia, & alij ſe ſubmittit Roſental. optimè, & vt omnia rectè proſequitur
125 c. 10. concl. 55. num. 28. 29. & in glo. 1. 5. fuſiſſimè: quæ † inobedientia, vt tradũt alibi ſcriptores, peſtilentia eſt Regnorũ, Prouinciarum, & vrbium, vt per Ponta. tract. de obed. lib. 1. c. 5. circa medium. taliſque inobedientia tota Dominum, & Principem afficit; magiſque Dominum angit, & præmit, propter iuramentum, & promiſſam fidelitatem, tacitamque illam promisſionem perpetuò morandi in eius terris, & locis, illi preſto eſse, & ad omnia ſeruitia paratum; quam communia delicta, homicidiorum, & ſimilia; quæ non reſpiciunt perſonam, & dignitatem Principis, nec eius ſtatus decorem, publicam uè vtilitatem; ſed particularem tantum occiſi, vel offenſi perſonam, per tex. in hac mat. apertos in c. de form. fidelit. 22. q. 5. extra; & in tit. de form. fidelit. & de nou. form. fidelit. tit. 1. qualit. vaſsall. iura. deb. fidelit. in vſib. feud. vbi per Doct. præſertim Bald. ad d. tit. de form. fidelit. ante num. 1. vbi illum tex. priuantem vaſsallum proprietate feudi, terribilem ap-
126 pellat; & talis † fidelitas, eſt proprium, peculiareque vaſsalli; vt per predicta iura tradit Io. Bapt. Vincema: conſ. 1. int. feud. lib. 1.
127 num. 51. 52. & meritò † qui non ſeruat fidem conuentionis, priuãdus eſt eius emolumẽto. Bald. in tit. quæ fu. pri. cau. benef. amit. §. porrò. num. 5. & de huius fidelitatis uinculo, & debito, plura ad rem Fu'u. Pacia. de probat. lib. 2. c. 40. per tot Henric. Roſent. de
128 feud. c. 6. concl. 85. & concl. 86. num. 4. quod talis † iuramento fidelitatis contrauenięns, perfidus ſit, & feudo indignus. & vaſsallagium hoc in ſe continet, ſtare, & habitare vbi dominus voluerit. Maſcar. de probat. in verbo vaſsallagium. num. 3. poſt alios; Ad hoc autem multa firma, ſolidaque fundamenta concurrunt, ex ſacra etiam pagina deprompta. Nam Eſdræ lib. 1. c. fin. num. 7. & 8. ita ſcriptum ad rem legitur: Et miſsa eſt vox in Iuda, & Hieruſa-

rem omni-

Digitized by Google

lem omnibus filijs tranſmigrationis, vt congregarentur in Hieruſalem, & omnis qui non uenerit in tribus diebus iuxta conſiliũ Principum, & Seniorum, auferetur vniuerſa ſubſtantia eius, & ipſe abijcietur de cœtu tranſmigrationis; En caſum fiſci Sereniſs. Ducis Parmę, diuino iudicio, ſententiaque ad literam comprobatum: quod ſolidisſimè quoque firmatur à coniunctione duorum iurium, Diuini, & Ciuilis argũm. l. Gallus. §. ille caſus indifficilis. de liber, &
129 poſth. Quia † contrauenieus legi Ciuili, & ſic Ducis decreto, diſponenti ſecundum legem Diuinam, dicitur peccare dupliciter, ob præceptum iuris diuini, & Principis iuſſum contemptum. Bald. in l. cum quis. num. 14. de iur. et fact. ign. Ludou. Sacca reſp. 60. nu. 21. 22. Item & Eſdræ etiam 3. c. 9. in principio: Item pater occidit filium; & frater fratrem in virtute obedientię. Exo. 33. videns ergo
130 Moyſes. in fin. & c. 3. ibi † melior eſt obedientia, quam uictima, & auſcultare magis quam offerre adipem arietum, & ſpem lacrimandi; & Abraham propter præceptũ Domini, obtulit filium Iſaach
131 in holocauſtum, Genes. 22. ſic, & † Adam propter inobedientiã perdidit paradiſum Genes. ca. 3. vt poſt iſta, & alia iura, in ſimillimo caſu amisſionis feudi propter inobedientiam Principi ſuo factam, concludit Napodan. ad c. Regni Regis Roberti ſub Rubr. quod fiet mortuo Barone, c. 256. incipien. in nomine Dei. in gloſ. in verbo præſentauerint, fol. mihi 381. vbi alia ſimilia multa: et ſecundum aliam impresſionem, in addit. num. 19. 20. & ſeq. fol. 227. atque alia plura ad rem collegit Io. Ant. de Nigr. ad c. regni. ca. 8.
132 num. 20. 21. vbi poſt Beat. Bernard. illud adducit, quod † verus obediens neſcit moras, nec mandatum procraſtinat, ſed aures parat auditui, oculos viſui, manus operi, pedes itineri; etſic ſe totum interius colligit, vt imperantis exterius impleat voluntatẽ, vbi Luc. hæc etiam referentem adducit; Simanc. de hęret. ſing. 142. num. 1. 2. quæ omnia nec ſincerè, nec fideliter D. Comes præſtitit, nec ſe præſtiturum pollicetur.

9 Hæc porrò ſunt apertisſimà, & ſpecialia in hac materia feudorũ, quod propter delictum in omittendo, etſic propter negligentiam, vaſſallus priuatur feudo, vt in feudorum libris paſſim exempla obuia, de non petita inueſtitura: non petita renouatione inueſtituræ; de milite vaſſallo contumace. & ob tot negligentias, culpas, inobedientiam, & alia. vt negligentiam ſuficere ad feudi amisſionem oſtendit Io. Thom. Minado. conſ. 11. num. 9. & etiam Bald. per illum tex. ad tit. quæ fuit prima cau. beneſi. amitt. §. item qui dominum. num. 2. & hoc non tantum in vita patris, ſed etiam poſt, vt ipſe not. tot. tit. ſi de feud. vaſſalli ab aliquo interpell. fue. & Do-

m'n. eum deſen. noluc. Roſenth. autem de hoc diſſerens.c.10.concl. 12.num. 2.3. oſtendit apertè quidquid ſit de iure communi,tamen in materia feudorum,vaſſallum feloniam committere tā omittendo, quam committendo, etſi minus delinquat in omittendo: ſed num. 3. addit hoc omiſſionis delictum, implicitum quandoq; habere fictum deſertionis, etſic ex facto aggrauari, in gloſ. a.b.c. plures ad hæc citat, ſed infinitos in lit. c. & num.11. latè tradit etiā ob negligentiam, & omittendo feudum amitti. & num. 12 13. eſſe omnino in dolo eum, qui omittit illud, ad quod ſcit ſe teneri; & num.31. teneri in omittendo etiam ob latam culpam, & negligentiam, iura plura, & auctoritates more ſolito cumulans. Imò in hac materia,aliqui volunt feudum magis aperiri domino in omittendo, quam in committendo,cum omiſſionum multę cauſę Bartolo. Camerari. in repet. c. 1. an agnat. par. 3. num. 26. & Burſat. d. conſ. 225. num.93.& ſeq. loquitur de non præſtitis ſeruitijs in genere, & leuibus tantum, vt ibi poſt Natt. & Curt. tradit num 98 99. non vbi continuus contemptus, contumacia, & tot alia concurrunt, vt hic,cauſam iſtam aggrauantia, & num.94. Imò in hoc caſu noſtro poſt Capyc.figit pedes, & pro conſtanti admittit in caſu graui ſeruitij non præſtiti,vaſſallum feudo priuari, quando Regem non aſſociatur,ad ſuſcipiendum coronam,vel ad belli expeditionem proficiſcentem; at caſus noſter etiam grauis, concernit cauſam ſtatus, malum vaſſallorum, & ſubditorum exemplum, in colluctatione tāta datum, Regiam Principis, vaſſallorum præſentia non augendo, colendo; ſed abſentia deformando,publicam vtilitatem, & cauſam perpetuam, quæ tot artificijs, & ſubterfugijs totam perturbarunt duorum ſummorum Pontificum Sedem, & Vrbem, vt ſupra latè comprobaui.

Quamquam autem Capyc.& Burſat. in illis tantum caſibus reſidere videantur,tamen non eſt dubium,vt feudorum libri teſtantur, excluſos non cenſeri perſimiles, imò maiores, totque qualitatibus iunctis grauiores; vt in ſpecie poſt Roſenth. ſuo loco deduxi; ſtante præſertim clara, & approbatiſſima determinatione caſus noſtri per iam dicta; ſic pertinaci ingratitudine, indies magis enutrita, tam legibus odioſa,& deteſtabili.l. fin. vbi materia, & Ripa in ſpecie num.2.3.& ſeq. C. de reuoc. donat. & in cauſ. feud. Rol.conſ. 15. lib. 4. num.2. circa medium, Roſental. de vaſſallorum ingratitudine agens. cap. 10. concl. 14. num.1.2.3.& in gloſ.1.& concl.15. num.2 oſtendens propter ingratitudinem vaſſallum, ſi omittat facere, ſi contra iuramentum agat, cadere à feudo, vbi in gloſ. 1. de hoc latiſſimè; & caſus perſimiles, vel maiores regulariter nunquam

excluſos,

Digitized by Google

excluſos, etiam per taxatiuam tantum, teſtantur gloſ. & DD. ad l. ob aes. C. de præd. min. & plura Viui. tradit deciſ. 25. & quando caſus expreſſus reperitur † propter ingratitudinem, vel contra iuramentum fidelitatis, vaſſallus feudo priuatur, idem Burſat. poſt multos d. conſ. 225. num. 161. Adeò, vt de hoc noſtro caſu nullus probabiliter amplius dubitare mea ſententia queat; Item reſpondeò, nos eſſe extra Regni capitula, & conſtitutiones, pro quibus illi Doct. regni d. c. moti, & alijs conſtitutionibus inclinant, ſed communia conſuetudinum feudalium iura ſeruanda. Item reſpondeo, ipſos loqui de ſeruitijs in genere, non de ſpecifica reuocatione ad patriam, implicita etiam ſeruitia in conſequentiam habente, vt Doctores ſupra citati clarè, fundatèque loquuntur, & apertè admittit, Par. de Put. ibid. num. 38. verſ. etſi conſtit. Regni ſint in contrarium, vt ſupra tetigi per conſtit. Quiſquis. conſtit. ſi vaſſallus, & alias, ergo in caſu ſpecifico reuocationis ad patriam, ſtat cum communi Doct. ſententia, iureque communi. Arnon. d. dialogo. 79. Item reſpondeo in caſu noſtro communem eſſe feudiſtarum opinionem in contrarium, ergo illa ſequenda, non obſtantibus Regni conſtitutionibns, vt ſupra. At vbi expreſſum

134 reperitur, atque determinatum in materia feudorum † propter ingratitudinem, & fidelitatem contemptam, feudvm amitti, illud intrepidè ſequendum. Burſat. poſt alios, d. conſ. 225. num. 161. Item aliter, ibi intelligi quando vaſſalli non contumaces, & damnati, vt hic, ſed ſimpliciter requiſiti ad generalia, indeterminataque ſeruitia, vt per eos, ne communi Doctorum opinioni contradicant, per iam dicta. Item aliter præter præmiſſa, reſpondeo illa debere intelligi in Comite, & Barone; non autem in Rege, & Principe, etſic Regali dignitate, vt ita in ſimili clarè oſtendit poſt Iſer. & Afflict. Io. Ant. de Nigr. ad d. c. 298. ſub num. 6. qui omnes ita intelligunt, & determinant, propter magna quandoque Baronum grauamina contra ſuos vaſſallos, quæ ratio non cadit in Principe benignitate pleniſſimo d. c. 23. Quæ quidē omnia apertè oſtendunt, excluſionem vaſſalli à bonis, & feudis tenere, ad perpetuam filiorum, & agnatorum excluſionem, vt ſuo loco firmaui, ex tritis etiam iuribus comprobata, vt confiſcatio cum effectu intelligatur in potiori ſignificatu, cum Doctores vtantur illis verbis in hoc caſu, confiſcare feuda, capere bona, capere feuda; ergo cum effectu accipienda. l. aliud eſt capere, de verb. ſign. Et ne inanis, & illuſoria legum, & Doctorum prouiſio reddatur, ſi confiſcatio efficax, & irreuocabilis non eſſet, quod valde iura abhorrent. l. ſi prætor. de Iudic. Bart. ad l. cunctos populos. C. de

ſumm. tri-

Digitized by Google

Præmiſsis nunc concluſionibus in iure veriſsimis, refragari nullo pacto videntur multa, quæ audio de perhorreſcentia, & loco nõ tuto, ad palliandum inobedientiæ crimen. à D. Comite adducta. De quo quidem articulo multa paſsim traduntur per Doct. ad c. accedens el ſecundo. vt lit. nõ conteſt. vbi Fely. nu. 12.13.14. & ſeq. Egid. Bellam. Decis. 45. exceptio de perhorreſcentia: optimũ cõſilium perhorreſcentiæ ad rem noſtram Mar. Anguis. 245. circa duo. Io. Ant. de Nigr. ad c. Regni. c. 42. n. 11. 12. & ſeq. Sigis. Scac. Rom. lib. 1. cauſ. ciuil. & crimin. c. 32. n. 26. 27. & ſeq. & c. 66. n. 25. Maſcard. de probat. in uer. acceſſus, & in uer. impedimentum cõcl. 885. Ripa in tract. de peſte c. 3. de priui. Iudic. & ad rem noſtrã in citatione contra vaſſallum in cauſa feudi Burſat. conſ. 225. n. 5. 6. & ſeq. atque fuſiſsimè poſt alios Fulu. Pacia. de probat. lib. 2. c. 46. Nouiſsimè Io. Iacob. Laurent. de Iud. ſuſpecto ca. 13. latè, & fuſiſsimè. Multas tamen paratas habet fiſcus Ducalis, in hoc articulo reſponſiones. Prima eſt ſolida, & uera, quod Doct. omnes de hac materia tractantes, tantum loquuntur in cauſis ciuilibus, & ſpiritualibus, inter priuatos plerunque vertentibus; non autem criminalibus, vt per eos, vt redditur iſta poſt contumaciam; quia aliás omnia iudicia criminalia, eluſoria redderentur, cum nulla maior, & probabilior perhorreſcentia, quam carceris. Ridiculum autem hoc eſſet, & reus in criminalibus impunitus euaderet, atque ex ſuo delicto commodum quodammodũ ſentiret, vt in ſpecie latè Menoch. tradit conſ. 100. n. 207. 208. Io. Iacob. Laurent. Beneuent. de Iud. ſuſp. d. c. 14. n. 32. vbi ſimilia multa. Quod ſi ab ipſo Comite in meritis proponantur, fruſtatoria, vt infra, & tarda; poſt elapſa omnia tempora proponendi dilatorias, & peremptorias exceptiones; atque bona in fiſcum coacta: ſi eo quod procurator ante con-

fiſcationem

Digitized by Google

fiſcationem bonorum non auditus,nulla,ex infra dicendis;quia nó miſit,ſibique hoc imputandum ; ſi nunc nec audiendus , cum ſerò
211 Secundò quia nec † in criminalibus vllus admittitur regulariter procurator, ſed tenetur citatus perſonaliter comparere.l. penul. §. ad crimin.de accuſat. Clar. latiſsimè.q.32. n 1.& per totam, & n.3.
212 oſtendit † iudicia omnia illuſoria ceſſura, ſi procurator admitteretur,Baiard.plura ad eum,& alij Doct.paſsim Fulu. Pacia.d.c.46. n.33. Petr.Belug. in ſpecul. Princ. rub.4. nu.3. de Principe citante agens,cui omninò parendum.

Tertiò. Reſpondeo,omnem probabiliter ceſſare timorem , omnemq; excuſationem vanam , & coloratam ; oblato eidem Dom. Comiti ſaluo conductu , & fide publica à generoſo , atque benigniſsimo Principe , reſidentiam tantum vaſſallorum , obedientiam , & ſtatus ſui amplitudinem , conſeruationemque querente;non eorum feuda , bonaque captante Imperatoris Adriani exẽplo ad l.fin. de bon.damnat. §. ſed,& Diuus Adrianus,vt per Clar. ibid.n.3. Baiard.n.18.19.& ſeq. Excel Præſ. Theſſ. deciſ.265. n.17. Fulu.Pacia,d.c.46.n.23.24.& trib. ſequent.& n.69. vbi quando offertur ſaluus conductus a citante.& n. 72.73. Io. Iacob. Laurent.d. c.13. n.4.5. fuſiſsimè. Et verè ſe tali caſu tutum ſperare debebat, & debet,habereque á Principe guidaticum Petr. Belug.in ſpecul.Prĩcip.rubr.21.n.1.& ſeq. aliás diceretur ſub clipeo legis,& Principalis auctoritatis fide decipi contra l. p.C.de his qui uen. ætat. impet.quod minimè dicendum Ludou. Sacca de Duce etiam Parmæ loquens reſp.1. n.72. plura ad rem de fide pub. ſeu ſaluo conductu conceſſo Ludou. á Pegue. deciſ 39.n.10.& ſeq. Farinac.de inquiſ. q.6. n.27. & copioſiſsimè de ſaluo conductu , & materia idem Farinac.de carcerib.& carcerat. q. 29. Tanto magis facta promiſsione á Sereniſs. Duce Santiſs. Pótifici, ex quo ceſſant multa in terminis noſtris per Burſat. adducta conſ.225.n.8.poſt Menoch. & alios; quia á Curialibus non præſumitur ſaluus conductus procuratus , et quæ proceſſerunt tali caſu de eius ore , non præſumenda futura irrita.c.1.& 2.de pact.cum vulgar. Ferdin.Vaſqu. cõtrouers Illuſtr. lib.1.c.1.2.& alijs ad rem iſtam Mar. Anguiſſ. conſ.148.n.10.11.& ſeq. et ſic ceſſabat probabiliter metus,qui cum Principe præſumitur ex Alex. Raudenſ. conſ.2.n. 138. lib.2. Item ceſſabat generalis
213 illa excuſatio á Doct.allegata , quod † vaſſallus excuſetur,ſi impediatur ſtare in curia Domini, propter inimicitias , vel alia, feudiſtæ in c.1,quæ ſit prima cauſ. benef.amit. Leonard.conſ.117. nu. 180. cum ſeq. inter feudalia Burſat.conſ.122. n.8.9. ſtante Principis ſui fide,et protectione exhibita,optimè Gallin.de verb.ſign. li. 5.c.18.

Digitized by Google

214 5.c.18. nu.567. et quando † ciuitas gubernatur ſub Principe iu-
215 ſtiſsimo,non ſtatur iuramento perhorreſcentiæ † nec præſumitur metus, nec admittitur excuſatio uani timoris. Mar. Anguiſſ.in indiuiduo d.conſ.245.num.3.4.& metus inanis, qui non cadit in cõſtantem uirum, non attenditur, nec excuſat, Clar. in §. feudum q. 61.num.2. vbi de perſeuerante in ibobedientia propter vanũ metum Io.Thom.Minado. conſ.11. num.54. Petr.Rebuf. in praxi beneficio. c.de reſignat. metu extorta num. 8.9 10. & ſeq.fo. 348. Ill. Cardin.Mant.de tacit & ambig. conuent.lib.26.tit.8. nu. 26.& 31. Ill. Card. Tuſch.concl.197. num.47.

Quartò,Reſpondeo ad præbendũ ſaltem ſpecimen obedientiæ, pronæque voluntatis in Principem ſuum,fuiſſe in omnem euentum mittendum procuratorem,vel excuſatorem ad allegandam D. Comitis abſentiam, infirmitatem, carcerationem, vel alia ſimilia impedimenta, ſi fuiſſent,vt proſequitur latè Burſat.d. conſ.225.num. 115.116.& ſeq. Sigiſm.Scaccia.vbi ſup. c. 32. nu.32. Io.Iacob Laurent.d.c.13.num.17.quod cum non factum, doloſè nimis,& peruicaciter D. Comitem verſatum omninò cenſendũ Felin. vbi ſup. n. 12.Petr.Belug.rub 4.num.2. Clar.q.33. nu.1. Baiard. ad eum q 32. num.4.& q.33.per tot. Fulu. Pacia. d.c.46. num.30.31.35.36.37.& contra eum apertè facit l.nõ poteſt dolo carere de reg.iur.vbi Dec. Cagnol. pulchrè ad rem excell.Præſes Theſſ.deciſ.265. num.5.Maſcard.latiſsimè in uer.dolus. n.23.47.80.89. Pacia.c.48. n.19.lib 2.

Quintò, Reſpondeo iſtam exceptionẽ opponi tantum poſſe ab his, quibus poteſt eſſe electio,& variatio conueniendi,& litigandi ad aliena tribunalia,vt per Io.Ant. de Nigr. vbi ſupra nu.12.13. & Scaciam num.25.& clarius Carauit.ad rit.mag.cur.rit.228.num.18. 19.& ſeq.ſed hoc noſtro caſu cum D. Comes ſit vaſſallus ligius, homo,& ſubditus Sereniſs.Ducis Parmę,qui in eum iure vaſſallagij dominium habet Capyc.deciſ.118.nu.6.16.& per totam, vbi quod
216 † vaſſallus, cum ſit homo Regis, & in eius Dominio,non poteſt aliquid agere, vel alij ſe adſtringere ſine conſenſu Regis. Idem Luc.de Penn. ad l.2. C. de agri. & cenſ. lib.11. ad finem per conſt. de hom.non tenen. Marin.Frec.de ſubfeud.lib.2.auctòrita.15.n.2. fo. 348. & ſecundum Specula. de feud. §. quoniam ſuper homagijs num.10.poſt medium,ſtante titulo, & præſcriptione in hominem; ſit indubitanter meus. Ergo cum nulla poſsit conſiderari fori electio,præcisè cogitur ad comparendum coram eo, & ſuis Magiſtratibus, iudiciumq; ſubire; cum ab ipſo ſolo poſsit iudicari, non ab alio,atque ſolus ipſe Princeps cognitor,& Iudex, vt ſupra pro-
217 baui: Nec hoc caſu, † vlla ſuſpicio contra ſuum Principem, tanquam iudi-

quam Iudicem ſuſpectum allegari poterat Io. Iacob. Laurent. de Iud. ſuſpec. c.2.num.1. num.11. & alijs Hortenſ. Caual. de Brach. Reg.par.3.num.314.& ſi cauſa ardua, quæ coram alijs attendenda Dec.conſ.146.num.3. Laurent. vbi ſupra. num.30.& 50.

Sextò, Reſpondeo quamuis etiam nõ poſset D.Comes accedere ad locum, vel propter bannum, vel alia legitima impedimenta; tamẽ quia perſonalia onera, tenẽtur tales ſubire, & ipſis odioſa agnoſcere, & ſi non fauorabilia per Bart.doctrinam ad l.eius qui.§.Celſus.ad municip.vbi Alex.in addit.debebat omninò facere quod in ſe erat, vel ſubſtitutum Principi ſuo exhibere, aut quo quomodo eius Decreto parere, vt ita concludit Franc. Calletus in addit. ad Fulu. Pacia. d. c.46. ſub num.12. in ver. C.

Septimò, Reſpondeo D.Comitẽ in hac allegata perhorreſcẽtia, & timore, ac loco non tuto, nil omniò probare, quod audiam, ergo non audiendus, Felyn. vbi ſupra num.13. Mari. Anguiſſ.conſ.245. num.2.& 6. rectè Fulu. Pacia vbi ſupra num. 24.25.52. c. 46. num.
218 63. vbi † quis dicatur locus non tutus, cum ſeq.& nu.81.82. quod teneatur allegans probare quare locus non tutus; nec ſuficit ad hoc iuramentum, ſed clariſsimè per veras, & veriſimiles coniecturas probandum, vt per plura probat Fulu.Pacia.d.c.47.num.101.102.& plurib.ſeq. Maſcard.vbi ſupra in ver.impedimentum nu.4.7. Mar. Anguiſſ.Placent. de Principe loquens conſ. 148. num.25. & in terminis clarius d. conſ.245. num.1.2.& ſeq. de quo Fulu.Pacia mentionem non fecit; & num.6 poſt medium, in fraudem fieri, non apparente iuſta, & probabili cauſa Laurent. vbi ſupra num.42.45.

Octauò, Singula perſtringendo, has omnes excep.perhorreſcentiæ, friuolas eſſe multa oſtendunt: primùm quia illa impedimenta, & contemptus de non comparendo nimis apparent, affectata, ad illudendum Principis Decretum, ergo nulla, & nullo modo attendenda, Fulu. Pacia. ibid. num.59. 60.61. cap.47. Alex. Raudenſ. uaria.reſolut.lib.1.c.17.num.36. Ite[m] ſera nunc, & tarda exceptio poſt ſententiam Pacia. c.46.num.98. quamuis poſt litem conteſtatam aliàs admittenda, tanquam reſpiciens ſucceſsiuum grauamen
219 Laurent. ibid. num.15.23. † contumax tamen, etiam declinatoriam fori amittit propter inobedientiam Io. Iacob. Laurent.ca.14. num.64.& omnes exceptiones declinatorias, dilatorias, & perem-
220 ptorias Anto. Cioff. poſt alios conſ.3. num.5. libr.2. Item † citatus à ſuo Principe omniò tenebatur perſonaliter cõparere, & obedire Fulu. Pacia d. lib.2.c.48. num.15. vbi ſpeciale hoc in Principe tradit, per iura, & auctoritates per eum allegatas; & non obſtante timore ſaltem mittere procuratorem, vel excuſatorem. Laurent.

de Pinu.

Digitized by Google

221 de Pinu. conſ. 1. num. 9. 10. & ſeq. & ſupra late. Qui tamen Procurator, in alleganda perhorreſcentia non admittitur, etiam cũ ſpeciali mandato, ſed debet per ipſum met principalem perſonaliter preſtari, vt in ſpecie tradit Caſſan. ad conſuet. Burgund. rub. 3. de fiedz inter faire homage, & ſermaint. num. 2. verſ. aduerte etiã poſt Afflict. & alios, & ita ſe conſuluiſſe pro Rege Angliæ, & Anguiſſ. d. conſ. 245. num. 5. poſt Doct. Item ſui præſentiam tandiu differens, poſt proclamata, confiſcationem ſecutam, & tot tempora lapſa, iudicium hoc iuſtiſsimum contemnens, malam omninò cauſam fouere; cauillationibus, & artibus velle ſui Principis mandata illudere, apertiſsimè preſumitur, atque dignoſcitur. c. nemo dubitat. de præſump. Menoch. lib. 1. præſump. c. 18. nu. 17. & lib. 2. c. 91. & ſeq. Ripa in loco precitato num. 17. 18. 31. D. Senator Sola de alienat. bon. feud. num. 20. in nouis conſtit. Sabaud. Peregr. de iure fiſci lib. 5. tit. 1. de public. bonorum num. 199. 204. 205. tum quod cum
222 eſſent †exceptiones dilatoriæ ad colorem præbendum, non pæremptoriç, ante litem cõteſtatam proponendæ l. exceptionem. C. de probat. l. ita demum. C. de procurat. & latè poſt alios Marant. in ſpecul. par. 6. memb. 9. de exceptione num. 1. 2. & ſeq. & nu. 8. Lud. Sacca reſp. 23. num. 4.

Nonò, Item inanes exceptiones, quia cum appareat de mente Principis, & eius decreto generali, reuocante omnes, & velle omnibus inobedientibus præiudicare, non requirebatur ſpecialis citatio; tantominus admittenda excep. fruſtratoria, & dilatoria Decia conſ. 9. num. 75. lib. 4. & ſecundum Burſat. conſ. 181. num. fin. vbi multitudo vaſſallorũ cittãda, ſuficit proclama per edicta, fiuntq; non comparentes verè contumaces. Laurent. num. 38 d. c. 13. et in Principe hoc ſpeciale, vt unica monitio ſuficiat, vt alibi dixi. Item quia regula eſt clara, omnem citatum etiam priuilegiatum quomodocunque teneri coram Prætore, coram Domino, & Principe citãte comparere, nec poſſe ſuperioris auctoritatem contemni; priuilegia, & reuocationis cauſas ſaltem allegaturum. l. ſiquis ex aliena. de Iudic. vbi Doct. Bart. Alex. & Iaſ. ad l. 2. ſi quis in ius uoc. non ierit. de qua q. ad rem fuſè pertractat Proſp. Carau. ad ritum magn. Cur. rit. 230. num. 4. 5. 6. vſque ad fin: & multum ad rem ſtringit Petr. Belug. in ſpecul. Princip. rub. 4. num. 2. 3. vbi per multa iura concludit
223 † vaſſallos mandato Principis ad Curiam uocatos, perſonaliter omninò debere comparere, nec procuratorem tali caſu mittere; & quando vaſſallus vocatur à Domino pro ſeruitio, ſuficit vnicum proclama, vt per Iacobi. in inueſtit. in ver. & promiſerunt eidem Domino num. 33. ergo hic verè contumax, vbi ter, & legitimè citatus; & per

Digitized by Google

tus.& per præces ſuorum notitiam habuit Decreti; confertque ad hoc Doctrina Iacobini ſupra relata in verb. dictique vaſſalli promiſerunt non committere feloniam. num. 46. quòd poteſt feudo
224 priuari, quando† vaſſallus, poſt primam citationem dicit ſe nolle comparere, vt amplius non ſit citandus, ſed uerè contumax Marſil. de Bannit. in ver. contum. num. 34. & Afflict. ad tit de milite vaſſallo num. 6. ait data ſcientia citationis, & cauſę, verè vaſſallum contumacem, & D. Comes longa, & ſucceſsiua inobedientia, ità facto declarauit.

Decimò, ad hanc exceptionem, poſt tantas Doct. reſponſiones, aliter ergo reſpondeò, iſtas meras eſſe cauillationes, quia prędicta procederent, ſi tractaretur de crimine ſpecifico, vel de cauſa ciuili, & ad hoc vocaretur in iudicio compariturus, vt Doct. loquuntur, & ſupra tetigi: ſed hic de nulla cauſa, de nulla litè agendum, ſed tantum Principi parendum, in repetendo patriam, cum familia: in aſsiſtendo; comitando; & honorādo ſuum Principem, ciuitateque habitatoribus replenda, vt ſupra latè iuris eſſe probaui. Ergo non contendēdum, nec procurator, excuſatorue mittendus, ſed id ad quod iura vaſſallagij D. Comitem obligabant, præſtādum; & cum in hoc nulla defenſio, nulla excuſatio legitima, de quibus aliqua infra adduxi, nō vlterius cittandus, nec admittendus procurator; quia quādo clarè conſtat, ex tanta mora, exceptionibus, argumentis, & demonſtrationibus, nolle exequi, quod ſibi imponitur, non amplius expectandus, nec de eius ſubterfugijs curandum: ità in ſpecie tradidit ſapientiſsimè Bald. ad tit. de milit. vaſſallo qui contumax eſt. num. 19. Quod ſi locus factus ſit non tutus culpa ſua, contumax verus remanet, veluti ſi bannitus, inimicitijs cauſam dederit; alios offenderit, hiſq; ſimilia. vt per Bald. ad tit. de feud. ſine culp. non amitt. §. ſi quis num. 5. circa fin. Caſſan. ad conſuet. Burg. de ſegneur. du fiedz. § 1. rub. 3. verſ. 4. eſt capitalis inimicitiæ nu. 8. tanto magis vbi affectata, vt per eum. num. 10. poſt Fely. ad c. fin. de teſti. num. 2. 3. Roſent. c. 10. cōcl. 15. num. 11. 12. & ibi lata gloſ. Laurent. d. c. 13. num. 26. facit doctr. Bart. ad l. p. §. cū quis. de quæſtio. Marſil. d. tract. de Bannit. verſ. contumacia num. 37. Maſcard. concl. 19. num. 14. Roſent. ampliſsimè c. 6. concl. 53. num. 7. de feud. Tandem cum iſta cauſa uani timoris, & perhorreſcentiæ, non ſit iuſta excuſatio parendi decreto, repetendi patriam, & habitandi; quam excuſationem nullibi Doct. admittant, imò reijciāt in Principe iuſtiſsimo, & Ciuitate, vbi iuſtitia redditur; ſtante fide ſecuritatis data, atque promiſſa, parendum, & parendum eſt; tanto magis cum appareat excuſationes iſtas multis annis durare, & in longum

E atque

atque perpetuum tempus protrahi,ſine vlla præſinitione; quo caſu
clariſsimum eſt non attendi,nec D.Comitem excuſare,vti tradunt
ad iē Doct. de excuſatione vaſſalli à petitione renouationis Inue-
ſtituræ; quod propter inimicitias perpetuas, non excuſetur; quia
eſſet abſurdum,quod nunquam uellet comparere,& obedire; ſicut
illi nunquam petere renouationem Inueſtituræ, vt ita ad rem a-
dit Caſſan.ad dict.conſuet Burgund.fo.103.verſ.vltimò quero.1.n.
17.poſt Iſern. Aluarot.& alios:& dato etiam particulari odio Du-
cis,non comparendo,adhuc rebellis Roſent. c.10.concl.35. nu.29.
obid quod teneatur ire,vel procuratorem mitterè. Auth: ſi qui C.de
temp.appell. vt de his latius tradit Roſenth. tract. feud.c.6. concl.
54. vbi fusè in gloſ. multos allegat.

Vndecimò, Principaliter non videtur iuri conſentaneum, quod
audio allegari D. Comitem velle cum tota familia, potius Romę
225 habitare, quam Parmæ; quo caſu cum † feudum Sereniſs. Ducis
Parmæ, & Placentiæ dependeat ab Eccleſia, vt notiſsimum eſt, &
teſtantur pluribus in locis Doct. Ruin. præſertim conſ. 38. num.8.
lib. 1. Alex. Raudenſ.conſ.2.lib.2.num.326.Roland. de ciuitate Pla-
centiæ conſ.88.lib.1. Alba conſ.49. Burſat. conſ.4.num.32. de Du-
catu Parmæ, cui conſ. præmiſſum nomen meum, Philippus Maria
Anglus dux Mediolani, &c. et de vtroque Ducatu Parmæ, & Pla-
centiæ, ab Eccleſia in Farneſios Duces trāſlato D. Lud.Sacca reſp.
1. num. 183. non videatur inquam poſſe cogi magis parère imme-
diato, quam mediato Domino, & ſic potius Sereniſs. Duci, quam
Pontifici Summo; excuſatusque videatur,propter incolatum in vr-
be iam conſtitutū,quia (eo omiſſo,quod Domicilium verè non di-
catur ab aliquo, alibi conſtitutū, niſi tabulas, & ſedes illuc tranſtu-
lerit; maximamque fortunarū partem, cum tota familia ſimul uni-
ta,ibi bona,& poſſeſsiones acquiſierit, aliaquæ in patria vendide-
rit;onera ſuſtinuerit;priuilegijs illius ciuitatis fruatur, animum ha-
bitandi habuerit,elapſumque decennium, vt per plura tradit Me-
noch. de arbitrar. caſu 86. num.2.3.6.7. & per totum Burſat. conſ.
225. num. 42. optimè Decia. tract. crimin. par.1.lib.4. c.16.de lo-
co originis, & domicilij num.8. & 10. Maſcard. de probat. concl.
534.in verb. domicilium. & nouiſsimè Hortenſ.Caualca.de brach.
reg. lib. 5. num. 269. aliàs diceretur D. Comes potius peregrinari
quam domicilium transferre Lud. Sacca reſp.77. num.10. Marin.
226 Frecc. de ſubfeud. q.70.nu.3.ex quo ceſſant quæ de † Roma com-
muni patria dicuntur l. Roma.ad Municipal. Sigiſm.Scacc.lib.1.c.
66.num.24.& Hortenſ. Caualc.poſt alios plura par.6. nu.636. quia
in temporalibus videtur hodie illa ratio ceſſare, cùm loquātur Do-
ct.quoad

Digitized by Google

ct. quoad forum in Ciuili,& Criminali cauſa;etſic extra caſum noſtrum.Quæ tamen etiam domicilij tranſlatio, nõ tolleret iura originis,vt fusè per Decia.lib.4.reſp.44.num.76.77.& ſeq. cui iuri, nõ poteſt renunciari ſecundum eum.) Duobus inquam modis ad hoc ego clarè reſpondeò;vno modo,quod quamuis vterq;Dominus ſupremus,& mediatus, & ſic Papa, vellet illum omninò Romæ habitare,& ſic in ſuo ſolo;& immediatus nollet, imò habitare in ſua vrbe,unde oriundus,vbi,& ipſe Princeps cum alijs vaſſallis , & nobilibus habitat;magis eſſet parendum immediato Domino; quia, ea
227 ratione omiſſa,quod magis debeat† attendi immediata, quã mediata cauſa,l.ſi quis nec cauſam,ſi cert. pet. Natt.conſ.119.num.2. vbi ad hoc plura iura citat. cum Papa omne ius , omneque dominium,etiam directum,in Ducem tranſtulerit,& à ſe abdicauerit. §.ſed et lege Regia. Inſtit. de Iur. nat.gent. & ciuili. optimè Iacobin. à Santo Gergio. de Royd. n. 49. Illud in hac materia feudorũ eſt à Doctoribus communiter receptum,quod immediatus Domi-
228 nus,præfertur ſemper mediato ; quia † vaſſallus non contraxit cũ Papa,& ſic Domino mediato,cui nec tenetur iuramentum fidelitatis preſtare Iacobin. in verb. qui quidem Inueſti. præſtit. iuram.fidelitatis num.14. Eq. Ruger.conſ.5.lib.1. num.49. Menoch. lib.3. præſump. cap.102.num.9.& de arbitrar.caſu 200.& conſ.1176.nu. 17.18. ſed cum immediato contraxit;ab eo feudum recognoſcit,& fidelitatem iurauit, vt Andr.de Iſern. latè oſtendit in tit.de prohibi.feud. alienat. per Feder. num 61. 62. 63. vbi Doct. in adnot. ad eum Natt. d. conſ.119. num.1.2. Iacob. in ver.& promiſerunt eidẽ Domino præſtare debita ſeruitia.num.12.Menoch.ad rem d.lib.3. præſump.c.102. num. 4.5. & ſeq.& num.13.14.15.& poſt alios nouiſsimè Henri. Roſenth. qui Doct. cateruam ad hoc allegat. ca.8. concl. 10. cui ſeruiendum. num.1.2. in gloſ. B. & concl.13. num.3. quod illi ſeruiendum,cui iureiurando obſtictus eſt. D. Ludou.Sacca reſp.3.num.400.Octau.Bammac.de feud.tit.ſi de feud.defuncti §. Dominus,latè etiam ſingulos caſus diſtinguens. & debet ſemper preferri is,cuius eſt originarius Capyc. deciſ.168. num.1. ad fin.& num.2.poſt Luc.Soc.Iuni.conſ.76.num.35.lib.3.cum cauſa originis debeat ſemper potior eſſe. per l.libertus. §.preſcriptio ad Municipal. Gramm.voto 10.num.17. Decia tract.crim.par.1. lib.4 c.16.
229 nu.19.Alex.Raud.varia.reſol.lib.1.c.44.num.17.& † omnia commoda,immediato Domino debentur, non mediato Marin. Frecc. de ſubfeud. lib.2. auctori.29. num.1.2.& ſeq.D. Pręſes à Ponte ad rem in q.laudem.q. 24.col.2.Menoch.plura conſ.338.etiam in crimine Lęſę maieſt. Marſil. de Bannit in ver. læſ. maieſt. num.47.48.

230 Surd. d. conſ.210. nu.44.45.lib.2. & plus habet † Rex in Regno, quã Imperator in Imperio. Peregr.lib.1.tit.2 n.47. Secunda Reſpõſio eſt, quod hic nõ contendit mediatus, et ſupremus Dominus, & ſic Papa, cum Immediato, & Duce, vt ex geminata Summorum Põtificum voluntate, cognitionem Sereniſs. Duci remittente apparet; quo caſu, & ſi plura in hoc dicenda eſſent, cui magis parendũ, vt mox dixi, cum de commodo agitur, non autem de preiudicio, & incõmodo, bello mouendo, & ſimilibus, vt per Afflict. deciſ.265. num.107. & alios. Dico quod cum hoc à D. Comite ſolùm proponatur, ad ſubterfugiendum ſui Principis obedientiam, & ad affectandam abſentiam, non eſſe attendendum, ſed parendum Decreto, & menti ſui Domini immediati; ꝑ iam dicta; vt cõcludit Andr. Gail. de arreſt. Imper.c.8. num.16. vbi quando peruersè, & maliosè citra neceſsitatem, vaſſalli hoc faciunt; eos perſequi licet Roland.conſ.47.num.36.37.lib.2. quod citatus ab inferiore, ſi affectatè querat ſe citari à Papa, non excuſatur; ad quod allego etiã gloſ. optimam ad c.1.§. illud de prohib. alien. per Feder. in ver. alium uaſſallum, quæ apertè ait, omnia ſine fraude, & ſincerè agenda, cũ 231 regulariter, non poſsit etiam † vaſſallus, à mediato Domino cogi ad ſeruiendum Menoch. ubi ſupra num.5. & in iſtis magnis Ducibus, à Summo Pontifice, & Imperatore Inueſtitis, ut in Duce Parmę, cõcurrit, ut audio, alia notanda qualitas; quia habent uaſſallos ligios, & feuda eorum dicuntur ligia, quamuis recognoſcant Papã; quia ſemper illa auctoritas cenſetur reſeruata Caſſan. ad conſuet. Burgund. le ſegneur du fiedz.§.3 num.16. fo.107. uerſ.2. inſtatur. & uerſ. ſeq. ad iſtud reſpondetur, quia quanto maiores, tanto legaliores, ut per eum poſt Bald. & Fulu. Pacia. de probat.c.37.num.35. & quamuis recognoſcat Sereniſs. Dux Parmę ſuperiorem Summũ Pontificem, non tamen deſinit habere vaſſallos ligios. Fulu. Pacia. d.c.37.nu.38. vbi exemplum adducit de vaſſallis Regis, in Regno Neapolitano, Gramm. voto 10.num.18. Rol.conſ.44. lib.2. quando non diuerſi; ergo ſi Comes Scottus ligius, fidelitatem, & fidem ſummam ſeruare debet; tanto magis, quia non tantũ ipſe Sereniſs. Dux fuit primus ad petendum a D. Comite ſeruitium, & reuocandum eum ad ciuitatem Metropolitanam, in qua habitat, & quam ciuiũ, & vaſſallorum frequẽtia, ſplendoreque celebrem eſſe percupit; ſed imò ſolus ipſe fuit, ad petendum à vaſſallis hanc habitationem, quã Summus Pontifex non ambit; ceſſante in vrbe cauſa concurſus populorum, & ſubditorum, quorum copia ſatis abundat; ergo ei Domino immediato, ſoli, & præcipuè parendũ, vt poſt Iacobi: de Ardizon. concludit Camill. Borrell. conſ.40. lib.1. num.8. & 9. & in

ſpecie ex

Digitized by Google

ſpecie ex cōſtit. Regni Neapol. vaſſallus poteſt à Barone reuocari, à terra Demaniali, ad terram Baronis, vt in indiuiduo tradit Paris de Pur. de Syndic. de exceſſ. Baron. c. 1. num. 41. per cōſtit. quiſquis, vbi Affli&t. num. 7 & 12. videtur decidere in argumentum caſum iſtū, quando vaſſallus eſt obligatus ad ſeruitia perſonalia, vt hic, ibi. nu. 7. & 12. clarè. Et ad hoc cōfert alia potiſsima ratio, quia inter duos Dominos, cum vaſſallo de ſeruitio contendentes, ille prefertur, qui preoccupando, ſecum contendentem tempore præuenit, vt in ſpecie tradit valdè ad rem Roma. conſ. 47. num. 1. vbi allegat clariſsimum textum in argumentum in l 2. C. qui potiores, & alia, & per totum conſ. hunc caſum apèrtiſsimè decidere videtur, præſertim
232 num. 3. ad fin. vbi tradit poſt Specul. & alios, † vaſſallum magis teneri parère immediato, quā mediato Domino, & n. 4. 5. pońit exēplum perſimile de ciue, qui à duabus ciuitatibus vocatur ad munera, cui magis parendum; quod originaria Ciuitas, & quæ præuenit, præfertur, per Gloſ. & Doct. ad l. ciuitas. C. de Incolis. lib. 10. ſequitur latè Tiraquel. de iure primogen. c 17. num. 14. & 17. Dec. ad l. quoties vtriuſque num. 2. de reg. iur. Iacobut. de Franch. de feud. q. 5. num 220. 221. poſt alios Roſenth. c. 8. concl. 12. cui ex pluribus eiuſdem feudi Dominis ſeruitium debeatur. nu. 6. & denunciatione facta præueniſſe dicitur. num. 7. vbi in gloſ. G. H. plures ad hoc citat, ſed non conſilium Romani 47. adducit: iterum tamen concluſ. 16. num. 10. de eadem præuentione, & in gloſ. lit. R. prædictum conſ. Roma allegat: ex quibus ceſſant ſcripta per Petr. Io Anchar. lib. 2. q. 48. quia hic nullum edictum Papæ, nulla ab eo facta præuentio; ibi de ſubdito tantum, non vaſſallo reuocando: & alia quæ concurrunt in caſu iſto, & quathenus aliquid Summus Pontifex ſimili caſu feciſſet contra iura immediati Domini; talem conceſsionem, & præceptū iniuſtū obligatus reuocare teneretur, vt poſt alios oſtendit Menoch. d. conſ. 1176. num. 23. 24. Quamuis autem Boſſ. tit. de for. compet. num. 37 & Ant. Galeat. Maluaſ. conſ. 63. nu. 15.
233 18. & ſeq. concludant † ſubditum, poſſe habitare in terra maioris Domini, nec poſſe cogi habitare in terra vaſſalli, & ſi multis a me adductis in 3. 4. & 5. fundam. repugnare videantur, nec omnino tuta opinio illa de iure communi; tamen loquuntur in ſubdito ſimpliciter, nō in vaſſallo, qui arctiori vinculo, nexuq; tenetur, D. Ozaſ. conſ. 9. num. 15. & ſupra ex antiquitatū fonte deduxi; & in eo etiā, qui per decennium, & longum tempus cōſtituit domicilium in Ciuitate maioris, & mediati Domini, & ſic in ciue originario Saxeoli qui factus fuit per longam habitationem, & incolātum Ciuis Mutinę, vbi cum tota familia habitauit, & multa bona acquiſiuit, vt ibi

 num. 19.

num. 19.& 24. Maluaſ. tradit; quo caſu longa habitatio, ſimplici origini præponderare uidetur, iam originis iure quaſi reſoluto; & quia eo caſu fieret præiudicium, ſecundum eum Duci Ferrariȩ, quē in ſuperiorem recognoſcit, à quo feudum habuit: ob id non comprælicndi, ſecundum eum dicta generali prohibitione, (quamuis eorum opinio, per priora fundamenta mea, nequaquam etiam tuta:) ſed in caſu noſtro, & ſic in vaſſallo, qui iurauit fidelitatem, & homagium, & eſt originarius immediati, in fraudemque reluctat, & in ſtatu ſui Ducis bona habet, & feuda cū perſona affecta; & à maioribus hoc tacito pacto remiſſa, ne diſcederet, ſed ibi perpetuò maneret, & ſeruiret per iam dicta: quod non poſsit, inquam recedere, inuito Domino, & poſsit eum Dominus vindicare, apertè tenet Iacobin. à Sancto Georg. de Royd. num. 40. & Boſſ. d. num. 37. verſ. nec obſtat, quod Dominus, &c. magnaque Doct. caterua ſupra enumerata. & Maluaſ. etiam, num. 16. qui eum allegat, ab eo non recedit; quia etiam in ſubdito, non vaſſallo, contrarium tenet, quādo alibi habitationem locauit cum familia, & per decenniū factus incola; cum eo caſu non poſsit dici verè, & propriè ſubditus, ut per eum num. 19. & fin. quod non eſt in caſu noſtro, vbi per decennium nullibi factus incola; ſeparatè cum vxore, & familia habitat; vnus Romȩ, alter Mediolani, in fraudem edicti, Andr. Gail. lib. 1. obſ. 17. num 8. & c. 8. de arreſt. Imper. num. 12. 13. poſt Luc. de Penn. latè

234 etiam tradit. poſſe capi bona † vaſſallorum, non parentium edicto. d. c. 8. num. 16. poſt Doct. ab hac regula excipit tres illos, vulgò approbatos caſus, quorum nullus cadit in Sereniſs. Duce; Tyrannidis, banni Imperialis, & ſterilitatis loci ad habitandum inepti, poſt Luc. de Penn. & Menoch. Roſent. c. 10. concl. 37. num. 22. 23. 24. vbi in gloſ. Doct. allegat, ac illas etiam cauſas admittit; & hoc noſtro caſu reuocationis vaſſalli ad ciuitatem Domini, circumſcripta indiſtinctè traditione mea Doct. etiam non diſtingunt, ſiue incola factus, ſiue non; vt in alijs delictis communibus, & offenſa facta Domino, extra caſus ſeruitiorū, ergo propter ſubditos ſimplicitèr af-

235 fectos, † nec nos diſtinguere debemus, l. de præcio de publicia. Gail. ad rem de pac. publ. c. 13. num. 13. eo magis, quia iſta inobedientia, non tantum concernit, & ledit ipſiùs Principis perſonam, ſed totius etiam ſtatus amplitudinem, & magnificentiam. ergo cōcludendum, feudum priuatiuè ad omnes confiſcari. Itaque cū iſta ceſſent in D. Comite Alberto, & ſit vaſſallus Sereniſs. Ducis Parmȩ,

236 & Placētiæ, & etiam † per translationem domicilij origo nō amittatur. l. origine. l. fin. C. de Incol. lib. 10. Maluaſ. d. conſ. 63. num. 27. Petr. Ant. Anchar. famil. q. 81. num. 3. lib. 3. Marſil. de Bannit. in ver.

ciuitatem

Digitized by Google

Ciuitatem num.127.Menoch.lib.2.de arbitr.cent.6.caſu 584. nu.6.
237 & ſeq. ergo perpetuò in Principe durat † ius,origine nunquam amiſſa, quod ius,nulla præſcriptione amitti poteſt,per predicta c. Regni,& ad rem Gramm.voto. 10.n.15.16.17. & Decia.tract. cri-
238 min.par.1.lib.4.c.16.n.19.20. quod nulla item † præſcriptio Domino obſit per l.2.et 3.de præſcrip.30.ann.tradit Dyn. conſ.48.nu. 18.Roſental.c.6.concl.82. ſed in ſpecie,& in terminis, quod poſsit
239 originarius†vaſſallus à Domino vindicari,in patriamque reduci, non obſtante domicilio alibi locato, & non obſtante quauis tẽporis præſcriptione tradit Luc.de Penn.ad l.quẽadmodũ.C.de agric. & cenſit.lib.11.num.1.& ſeq.& ad l.ſi Coloni eo. n.23. q.10.per illa iura in hoc aperta, vbi caſum noſtrũ ad hoc in terminis decidit, contra vaſſallum ſe abſentantẽ: & n.26. quod perſecutio perpetua
240 ſit,& † mutatio domicilij originis,nõ facit, quin ligetur quis ſtatutis veteribus ante tranſlationem domicilij editis Bald.in rubr.C. ſi à non compet.iud.Soc. Sen.conſ.79.num.11.lib.4.Ergo ex tantis omninò res clara,& deciſio noſtra aperta.tanto magis ſtãte Deciſ. Afflict.& aliorum in ſpecie caſum iſtum decidentium;durum itaq; D.Comiti in re tam clara,contra ſtimulum calcitrare, vt Mar.Anguiſſ.ait conſ. 191. num.48.

Conſilium Burſa.225. tanta doctrina, & induſtria elaboratum, quod magnũ videtur eſſe D.Comitis Scotti propugnaculũ,quodq; prima facie in multis Sereniſs. Ducis fiſco obeſſe uidebatur; diligenter examinatũ,contra non facit,primũ.quia præter reſpõſiones multas,ſuis locis accommodatas,Princeps ille, & Marchio Naſſaù, Caſtra à Summo Pontifice etiam recognoſcens;cuius mandato Comes Gullielmus Contiſellus eius vaſſallus citabatur, non generali edicto,vt hic,omnes homines de ſtatu; ſed particulariter fuit citatus;adeò,vt clarè conijciatur,odio potius particulari illum vocatũ, quam pro bono publico,& vniuerſi ſtatus cauſa, vt num.5.6.et inſolita furcarum pœna demonſtrat, prętér feudorum confiſcationẽ. Item ibi vocatus,non pro ſeruitio publico, & reſidẽtia pœnes Prĩcipem,ſed pro alio ſeruitio priuato, & maiori culpa purganda. Itẽ citatus pro duodecim delictis capitalibus,ergo pro delictis cõmunibus,non offenſa particulariter in Dominum facta; quo caſu non poterãt filij,& agnati priuari,nec Principi applicari, vt ſupra latè ſingula comprobaui.

Item non obſtat quod num.33.34.& pluribus ſequentibus,quod à paribus Curię,cauſa tanquam ardua terminanda,non autẽ à Prĩcipe ipſo,vel eius officialibus,tanquã probabiliter ſuſpectis: quia, vt ſupra poſt Iacobi,Boſſ. Cacher.& alios oſtendi, & ipſemet Bur-

Digitized by Google

ſat.nu.37. admittit, hoc receſsit ab aula;ac,vt Minsyng.tradit poſt alios cent.5.obſeru.89.id debet intelligi de controuerſia inter vaſſallos inferiores à Principe, & ſubuaſſallos, abeis retrofeuda tenẽtes;non autem quando Rex, aut Princeps cognoſcit in cauſa ſuorũ vaſſollorum,& ſe: quia delegat Iudices,vt poſt Iſern. iam citatum, quia aliàs,ſi pares Curiæ,hoc eſt alij vaſſalli inferiores Principis iu-
241 dicarent in cauſa ipſius Principis † minor in maiorẽ haberet imperium contra l.nam, & magiſt. de arbit. & ita annuit Fulu Pacia. lib.2.de probat.c.38.num.68. quod pares curiæ intelligantur Conuaſſalli;ergo in Duce Parmæ verificari non poteſt,qui non habet in Ducatu ſuo conuaſſallum,& conducè; & ita etiam inclinat Clar.in § feudum q.90.num.8.Andr.Gail.lib.1.obſeru.1. num.54.& ſeq.&
242 num.56.quod ab eis appellatur,ergo non in †Principe,à cuius ſẽtantia non datur appellatio. quia iura à ſententia Principis appellari noluerunt, pro eius magna integritate, fideq; præſumpta. l.1. à quib. appell.non licet.Mari.Anguiſsio.conſ.148.nu.19. Boſſ. de princi.n.378. ad hoc videndus. Caſſan. in Catal.glor. Mun. par.5. conſ.24.in ſpeciali 180.Nat.conſ.608.n.5.6.7.& ſeq.Peregri.de iure fiſci lib.p.titu.3. pluribus in locis. Demum hic nulla quæſtio de feudo,vt oſtendit tit.de cõtrouerſ. feud.apud pares terminãda:denotantq;illa verba,per pares illius domus, quæ nõ poſſunt applicari Principi habenti iura Imperij,vt ſupra; & ſi aliter diceremus, & ſeruandam in hoc opinionem Burſa, num.40 41.nunquam Reges, Duces, & magni iſti Principes eſſent cognitores in cauſis ſuorum vaſſallorum,feloniæ,& inobediẽtiæ ab eis, quod ab vniuerſa Doct. Scola iam cõmuni calculo reiectum, tamquam contra ipſorũ Ducum priuillegia,& aperta iura:Et Roſenth.cap.12. concl.1. 2. cõcl. 3 num.1.concl.4.nu.21.iſta omnia clarè reſoluit,in iſtis oſtendens, pares tantum Curiæ cognoſcere, vbi de feudo diſceptatur, & inter inferiores à Prĩcipe de iuribus imperij inueſtito:Nullo autem iure iſti Principes maiores, priuãtur cognitione ſuorum vaſſallorum,ſi delinquant,vt et Iacobi.à Sancto Georgio in tracta.de Royd.n.48. ſcribit,nec etiam Comes Flandriæ ob vaſſallorum quærellas priuari ſuo Comitatu poteſt.Quod verò idẽ Roſenth.tradit d.c.12.cõcl.
243 1.n.27.poſt Gail.&alios†in Germania cauſas Ducũ,& Baronũ ad ſupremã curiam Imperij deuolui,rectaq; agitari, & in Regno quoq; Neapolitano Regnicolae teſtantur, eas etiam cauſas pertractari tantum coram magna curia Regia,vt,et in ſpecie teſtatut Franciſ. Milaneſ. deciſ 6.n.39.43.46.47.ea omnia intelligũtur in cauſis feudalibus tantũ,non vbi maiores Duces,indeliquentes,& inobedientes vaſſallos ſuos animaduertunt; vt apertè ipſi loquuntur.

Item, vt

Digitized by Google

Item, vt in poſitione caſus patet in pr. colum. non erat illud feudum alicui Feudicitati obnoxium, confiſcari nõ poterat, nec domino applicari, & cum directo Dominio cõſolidari: quia generi potius videbatur conceſſum, quam ſpecialiter ſoli recipienti; & alia habebat ſpecialia multa, contra naturam feudorum conceſſa, vt n. 100.101.102.104. Latè proſequitur Peregr. de iure fiſci lib. 5. tit. 1.
244 num. 109. † Summus Pontifex reſeruauit ſibi tertias cognitiones, vt in 3. col. verſ. nec non quidam. ad fin. ergo non habebat iura Imperij, & Eccleſię, cum Summa, & omnimoda cognitione priuatiuè ad ſupremum, & mediatum Dominum, vt hic; nec erat ex habentibus maiorem, & perpetuam dignitatem, vt Doct. noſtri loquuntur, vt in Ducibus Sabaudie, Mediolani, Ferrarię, Mantuæ, & Placentiæ, vt ex multorum auctoritatibus probaui; & Surd. conſ. 210. nu. 49. & 50 lib. 2. loquitur de ſuperioritate Ducis, qui multa ſibi reſeruaſſe cẽſetur in Infeudatione vaſſallorum, vt latè poſt multos illud probat; non de Supremo Domino Ducẽ inueſtiente, vt in caſu Ducis Parmæ: & ſic ceſſant cumulata num. 193.194.196. & ſeq. de recurſu ad Papam adducta, quia ibi pro conſtanti pręſupponitur, appellationes, & recurſus per Papam reſeruatos; quod non eſt in maiorum Dominorum, & Principum infeudatione.

Item col. 3. verſ. 4. ſtante forma priuilegiorum, feuda illa efficaciſsimè, & irreuocabiliter donata, ob merita multa: ergo nõ potuerunt appræhẽdi in præiudicium vaſſalli, filiorum, & deſcendentiũ,
245 per ante dicta. Quia etſi† feudum ſit beneficium, ſed oneroſũ, vt per Illuſtriſ. Card. Mãtic. in dict. vatic. Lucubrat. lib. 23. tit. 18. n. 3. Tamen vbi datur pro magnis meritis, prętio æquiualẽtibus, vel pro pretio, aut permutatione, ſimilique contractu oneroſo, nõ propriè,
246 & ſimpliciter remanet† feudũ, nec Domini arbitrio reuocari poteſt, & propter ingratitudinem confiſcari, vt infra poſt Crauet. cõſ. 6. latius comprobaui, traditq; Illuſtriſ. Cardin. Tuſch. loco iam citato concl. 104. per totam. Bertrand. conſ. 262. num. 14. lib. 7.

Item Princeps ille, non erat loco Ducum Italię, à Summo Pontifice, & Imperatore reſpectiuè inueſtitorũ, ſed inferior ab eis, Marchio, & Princeps, largè & abuſiuè ex titulo, velut ſunt Marchiones, Comites, & Barones Regni Neapolitani, vt patet etiam ex amplo conſ. Celſ. Vgo. conſ. 60. incip. quamuis ex meritis. n. 6.8.9.35.49. & alijs; præſertim in n. 35. verſ. huic eſt. & per tot. conſ. & n. 49. circa med. vbi apertè de vaſſallis inferioribus à Rege, & Principe loquitur, vt oſtendit Iacob. in verb. Princeps n. 1.2. & Boſſ. de Princ. n. 1. & Burſat. d. conſ. 225. n. 196. Cæterum ſi inueſtiti à Papa, vel Imperatore, cum dignitatibus, & iuribus Imperialibus, & cum regalibus, omni-

bus, omnimodaq;Iuriſdictione perpetuò, vt in ipſis Ducibus Italię,Mediolani,Sabaudię, Mantuæ,& Ferrariæ, ac alijs; ſuperior nō poteſt cognoſcere,præter ipſos Duces. D. Oſaſch. conſ.9.num.39. Boſſ.de crim.Leſę.maieſt.n.54.Menoch.de præſūp.li.3.c.102. n.16.

Item clarius,in hoc reſpondeò cum D. Senatore Sola,in procm. conſtit.antiq.Sab.gloſ.3.num.21. Marchiones, & Comites inferiores,nō habentes iura regalia,& Imperij immediatè à Papa, vel Imperatore;ſed recognoſcentes,Regē, Ducē,vel alium Principem, vt ſunt in Regno Neapolitano,qui ſubſunt Regi,& feudū ab Eccleſia manat, & num.23. & ſequentibus,potius nomine, quā re nuncupari tales,poſt Parid.de Puteo,& Freci.Qui non habent authoritatē, quam maiores,de regalibus,& iuribus Imperij inueſtiti, vt cudēdi monetam,creandi Notarios,legitimandi ſpurios, & ſimilia,vt per eū n.29.37.qualia iura,ex themate Burſa. in illo Principe, & Marchione non erant. Et valdę ad rem de iſtis etiam Principibus abuſiuis,dignitatem regalem annexam nō habentibus, nominatim loquitur Fulu.Pacia.de proba.lib.2.cap.37. nu.1.10.11.12.& adden. ad eum,& eleganter etiam Cathalog.glor.mūd.par.8.conſi.15.ibi, inferiores à Principe Barones. verſ.de dignitate,ponit de Principe maiore Barone: adeò, vt appareat apertè, conſilium illud non officere;cum tenor inueſtiturę longè differat, & non ſit ex maioribus Principibus,cum iuribus regalibus inueſtitis;nulla appellatione,& cognitione ordinaria cauſarum ſibi reſeruata:de quibus Natt.cōſ. 608.& ſeq. Peregr.de iur.fiſci lib.p.tit.2. nu.63.& tit.3.num.77.Ill. Card. Tuſch.tom.3.concl.210.Ex quo etiā patet, ad caſum noſtrū, & fiſci Sereniſs.Ducis Parmæ cauſam,non pertinere,quæ de appellationibus;quærela;deuolutione,cauſarum euocatione,& ſimilibus paſsim Doctores noſtri tradiderunt. Dec.ad c.cum ſit Romana,de appell.Io.Franc.Scallion. ad ritum magnæ curiæ 260.nu.6. Couar. pract.quæſt.lib.c.4. Rebuff.de euocat.cauſ.Burſat. d. conſ. 225.nu. 143.Sigiſmund.Scac.Roman.de iudic.Cauſ.ciuil.c.66.nu.11.12.& ſeq.Gail.obſeru.lib.1.c.1.& nouiſsimè Hortenſ.Caualc.de brachio regio. prima par.n.20. & ſeq.& per totum tractatū fuſiſsimè; quia loquuntur de euocatione,& recurſu à Magiſtratibus Ordinarijs,& vaſſallis ad ſuos Reges,& Principes,nō de ſolo illo reſeruato recurſu,ad ſupremū, in caſu griuiſsimo, iuſtitiæ denegatæ, oppreſsionis manifeſtæ,& ſimilibus,de quibus ſuo loco ſupra tetigimus.cōſ.autem Anguiſſ.146.ne ſine reſponſione pertranſeat,pręter iam dicta, de delicto communi,& ſimilia,quæ ſatis claram reſponſionem attuliſſe noſcuntur,nō obſtat in nu.9.10.& ſeq.quia hic nulli filij maſculi ab eo deſcendentes, nec alij agnati, aliquod ius prætendere

ualentes,

Digitized by Google

ualentes, tanquã per diſpoſitionem Decreti meminimus, omnibus excluſis, ut ſuo loco dixi n.18.19.& 20. ſatis ſupra oſtenſum, circũſcripta formula uerborũ, hoc caſu feuda fiſco Sereniſ. Ducis aperta, & ad eum deuoluta; tum ob claram quæſtionis determinationẽ, per Doctores præcitatos: tum quia offenſa in Dominum, quo caſu communiſsimam oſtendi opinionem, feuda pertinere ad Dominũ, excluſis filijs, & agnatis: de quo etiam plura alia Thom. Doci. cõſ.38.n.10.& copioſè Farinac. de delict.& pœn.q.25. n.78. vbi hãc communem, & veriorem affirmat: & n.83.& quatuor ſeq. ſiue offẽſus ſit Dominus directè, & immediatè, ſiue indirectè, & mediatè, vbi hanc poſt multos communem etiam dicit; nouiſsimè Ill. Card. Tuſch. pract. concl. iur. tom.1. concl.115.n.7. concl.194. n.7. concl. 197.n.46.& latiſsimè concl.198 ferè per totam, vbi communem, & magis communem tradit, tam ad excluſionem filiorum, quã agnatorum, in feudo etiam antiquo; præſertim n.1.10.12.& n.15. cõmunem opinionem ſeruandam. Ex quo ceſſant alia tradita per excell. Oſaſ. deciſ.29.n.20. vbi ita pro filijs in delicto communi iudicatũ refert, & dec.139.n.1.2.15. Tiraq; de retract. lignag. §.32. gloſ. pri. n.2. Moder. Paris. latè in addit. ad Dyn. in c. non debet. vlt. addit. de reg. iur. D. Theſſ. deciſ.167.n.1. ubi de communi, & ita iudicatũ. Burſat. d. cõſ.225.n.185.186.& ſeq.& n.193. quia loquũtur omnes extra caſus noſtros, in offenſa alij, non Domino facta: Et quia de agnatis hactenus nulla querella, nullatenus in hoc inſiſtendum.

Nec obſtat communi opinioni Doct. amiſsione feudi uaſſallos mulctanti, quando nollunt terras, & patriam repetere, quæ tradit ſingulariter Henric. Roſenth. de feud. c.10. concl.37.n.15.16.& ſeq. uſq; ad nu.34. ubi contrariã ſententiam tueri toto poſſe contendit. quia, & ſi in feudali materia, nemini uideatur hac tempeſtate ſecũdus; cum tanta diligentia, labore, & copia, hanc feudorum materiã examinauerit, ut nil prorſus intactum reliquiſſe uideatur, ſed tanquã triticum ſingula cribraſſe noſcatur: nihilominus, articulũ hũc perfũctoriè potius, quã ex profeſſo attigit; plura iura à me latè collecta, & in argumentũ quoq; à Doctoribus allegata, nec cõmemorat, neque eis ullo pacto reſpõdet: minuſque aliquid ſtrenui pro ſe, præter nudam negatiuam adducit; minus reſpondet, aut reſpõdere cõmodè poteſt iuribus, & rationibus per Luc. de Penn. adductis ad l.2.n.2. C. de Cenſ.& cenſit. lib.11.& in l.2. C. de agric. & cẽſit. n.14.15. ad l. fin. n.15. de Cenſ. & cenſito. Alia mea fundamenta, ex antiquitatum fonte deprompta, quia noua, ab eo prætermiſſa non miror, quæ omnia ex aduerſo adducta prorſus eneruant. Reſpondeo tamen, ad tanti uiri ſingularem opinionem; primùm ſi rectè atten-

& attendatur, communem Doctorum, & noſtræ ſententiæ nõ obeſse, quia non ita abſolutè contrarium ſentit, vt Doct. limitationes communis opinionis approbando, innuit. n. 22. 23. 24. de Tyrannide, aeris, & loci intemperie, ac banno Domini, imo cum communi illis caſibus tenet, ſuam opinionem, in pluribus limitando, velut ſi hac conditione ſit conceſſum feudum, de habitando num. 18. ad fin. noſq; poſt alios, etiam non regnicolas, hanc conditionem in vaſſallagio tacitè meſſe comprobauimus: Vaſſallus autem, non poſsidet bona ſimpliciter ſua, ſed affecta. Luc. de Pen. ad l. 2. nu. 2. circa medium C. de cenſ. & cenſito. lib. 11. 2. loquitur in vaſſallo poſsidẽte feudum ſimpliciter in terra Domini, non autem etiam ſubdito, cũ vaſſalli, propter feuda nõ ſint ſimpliciter ſubditi, vt per eum dicto
247 n. 18. verſ. fin. & c. 5. q. 35. nu. 78. ob id † vaſſallus non ſubditus, cõmittendo feloniam, perdit quidem feudum, ſed non committit crimen Leſę maieſtatis. Ill. Card. Tuſch. pract. concl. iur. tom. 3. in ver. f. concl. 107. n. 1. poſt Rol. conſ. pri. n. 20. & ſeq. lib. 5. Farinac. latè multis cogeſtis de crim. Leſę maieſta. q. 112. in ſpec. 7. n. 248 & ſeq. & n. 249. ex Menoc. & Decia. etiam committi crimen Leſę maieſtatis à vaſſallo non ſubdito, quando fidelitatem iurauit. Sed Dominus Comes, eſt ſubditus, ergo 3. nu. 24. tenet pro Domino, vbi vaſſalli contendunt, & ſi ſe, & iura Domini, in controuerſiam vocent: & n. 27. conſiderãdum monet, vbi publica quies quoque turbatur: ego addo malũ exemplum, quod alijs vaſſallis, & ſubditis prębet, vt in ſimili inobedientiæ caſu tradit Io. Thom. Minad. conſ. 1. n. 45. 4. num. 25. quod propter onera, & tributa non ſoluta feudum tanquam affectum confiſcari poteſt. ergo non ità facilè defẽdendũ. Brun. conſ. 126. lib. 2. 5. ſatis eſt hanc opinionem noſtram communem, & ab vniuerſa feudiſtarum ſchola receptiſsimam. 6. etſi textum in materia feudorum clarum non habeat; habet tamen cõmunes iuris regulas, Doctorum traditiones, & rationes inuincibiles; ergo pro textu ſeruanda: & vt ait perbellè Luc. de Penn. in d. l. 2. nu. 2. circa finem, etiam ſine textu expreſſo, inter ea feudorum iura admittenda, ſeu annectenda videtur cauſa iſta; tanto magis per traditionem Feder. Schench. de feud. lib. 1. tit. 17. concludentis ex alijs ſimilibus cauſis, in libris feudorum non expreſsis, poſſe adimi feudum: ibi nu. 3. ad fin. & nouiſsimè Ill. Card. Tuſch. tom. 3. pract. concl. iur. concl. 116. nu. 68. & concl. 197. nu. 11. 12. tradit poſt alios apertè, quod poteſt vaſallus priuari ex cauſa etiam non expreſſa, & citat elegantem tex. in c. 1. §. ſed quia natura noui s. Quæ fuit prima cauſ. benef. amitt. & cum in hoc ſtetur arbitrio iudicis, vt per eum d. n. 68. ſi viſa fuit cauſa iſta digna confiſcatione feudi

Sereniſs.

248 Sereniſs. Duci, nullum aliud arbitrium quærendum: cum †habens iura Papæ, poſsit quod Papa ipſe, vt fuſiſsimè ſuo loco dixi; & confirmat Ill. Tuſch. concl: 122. n. 18. & qui contrarium iudicaret, litem propter hoc faceret ſuã, quia contra communes iuris regulas, vt ad rem iſtã optimè ſcribit Dec. conſ. 8. in princ. & n. 9. Septimò quęſtio noſtra, nõ verſatur in ſimplici euocatione vaſſalli, feuda deſerẽtis, ſed in contemptu, inobedientia, & colluctatione, atque diutina cõtumacia, & ſic in delicto. Octauò in iuramẽto fidelitatis violato, fide ſincerè Domino non pręſtita, & inobſeruantia præceptorũ Domini, cuius decreto omnes alij paruerunt, & ſic publica quiete perturbata, & ingratitudine cõmiſſa. Nonò cõcernit præſtationem ſeruitiorum, præſentiam in honorando ſui Domini, & Metropolitanę ſedis maieſtatem; pro quibus ſeruitijs non præſtitis, quando unica monitione vocatus, nõ venit. Roſenth. ipſe ſtrenuè, tenaciterq; alibi contendit, feudum amitti; ergo in hoc ſibi contrarius eſſet, ſi aliter intelligeret, vt per eum latè c. 8. & clarius. c. 15: concl. 15. n. 7. 8. & hãc teſtatur iuſtiorem eſſe cauſam beneficij amittendi, & in gloſ. Doc. plures ad ſaturitatem cumulat. Iterum cap. 11. concl. 15. num. 1. 2. 3. ſcribit in Dominũ delinquere vaſſallum vocatum ad ſeruitia, ſi, & ea detrectet, ac non impleat; ob id ratione contemptus, in ſuæ uindictè vltionem, feudum dici commiſſum, excluſis filijs, & agnatis; exemplum illud vulgatum afferens, de vaſſallo vocato ad coronationẽ, & belli expeditionem; & c. 8. concl. 19. n. 5. & vbiquè ampliſsimè gloſsę; caſus autem iſte, cum reſpiciat publicam quietem, & vtilitatem, ſtatus amplitudinem, dignitatem, & ſplendorem perpetuũ; non illis duobus minor dijudicandus; concurrentibus tot alijs iam allegatis, per tradita à Roſenth. c. 10. concl. 15. nu. 3. ad fin, vbi plures in gloſ. citat. Decimò concludo, hic ceſſare omnia Roſentha. argumenta, à colono in ſimili adducta, quia cum ſit D. Comes vaſſallus ligius, dico non potuiſſe, nec poſſe expreſsè, nec tacitè renunciare iuri vaſſallagij, ergo teneri ad ſeruiendum, & parendum; vt præter iam dicta, concludit Afflict. deciſ. 307. n. 10. & ſic fortius ſtante iuramento, fidelitate, & iuribus vaſſallagij, vt ego alibi. Quod autem ligius fuerit D. Comes, apertè conijcio ex alijs eiuſdem Sereniſs. Ducis vaſſallis, qui etiam ligij ſunt, vt de Marchione Sfortia Pallauicino, eiuſdem Sereniſs. Ducis Parmæ vaſſallo ligiò, clarè teſtatur Ludou. Sacca reſp. 17. in princ. & nu. 3. 6. & 13. dicens intelligi ſemper Summum Pontificem exceptum; & iterum reſp. 37. nu. 17. Hoc etiam ſi non ligius, per rationem à pluribus comprobatam, de qua
249 aliàs, quod† Dominus habeat ſtrictius ius in vaſſallum, & ſubditũ, quam patronus in libertum, Neuiz. conſ. 12. inter feud. num. 101.

vt, & in

vt,& in vaſſallo cenſito concludit Luc.de Penn.ad d.l.fin.nu.15. ad fin.C.de cenſit.& cenſito. lib.11. Quamquam autem nõ appareat, D.Comitem Scottum pro ſeruitijs apertè,& preciſè vocatum;tamẽ ſatis eſt,quod cauſatiuè,ex natura feudi teneatur Roſenth.c.9. cõcl. 50.num.12.& c.10. concl.37.num.18. & inter cætera,tenetur vaſſallus erga Dominum,eum ſequi,ſi requiratur. Ill.Card.Tuſch.concl. 116.nu.1.præter communem prædicatam,& alia multa opportuno loco relata.

tres opiniones de hac quęſt.recēſet.Fabiani tamē opinio n. 4. relata in, hoc articulo verior, quā etiā extātibus filijs tenuere Afflict. ſūmę authoritatis uir,ad cōſtit. Regni Sycilię ī cōſt. grādis vtilitas n. 21. Afrer.ad Capel.Toloſ.deciſ.150. n.3.clarè id etiā tenet, & affirmat.de quo etiā inueni.D.Sena.Theſſ.filium in addit.memorē fuiſſe:ſed ī caſu noſtro,cū tractetur de bonis matris,nō patris, res omni
295 difficultate vacat, vt nec† filię vlla reſeruetur portio ꝑ tex. clar. in l.de bonis C.de bon.damnat.Peregr.d.lib.5 .tit.1.n.43 Mich.Graſſ. in §. legitima. q.94.n.6.ad fin.vbi hoc ab omnibus approbari teſtatur:& hæc ratio fortior in legitima, fortè à D. Comitiſſa prętēſa in dotibus,& bonis eius matris,& ſocrus reſpectiuè D.Comitis:quia ſi priuatur legitima, ꝓpter delictū matris, à fortiori debet priuari ꝓpter ſuū ꝓpriū delictū:niſi fortè ꝑ rationē l.cū ratio.de bon. damn. & ꝑ plura à D.Theſſ.ibi n.5.adducta,alimēta filia prætēdere vellet, quæ tamē iudicio meo,q a in ſubſidiū tātū debita,ꝓportione ī cōfiſc. D.Co.patris ꝓ dotibus reſeruata, nullatēus deberi cōſtāter affirmo.

Item ceſſat alia quæſtio examinata per Io. Blanch. in epit. feud. lib.2.c.5.n.8.&per Octau.Bammac. Neapolita.ad tit.feudorū,ſi de
296 feud.def.§.domius.q.5.vbi cōcludūt† maritū poſſe præiudicare vxori in feudo ab ea habito,vt proprietate feudi priuetur,ſi deliquat in dominū,vel dominus in ſubfeudatariū; & cōcludūt præiudicare, & feudū amittere, ſaluo iure vxori pro indemnitate cōtra maritū, iuribus ꝑ eos allegatis.Quia in themate noſtri caſus, nō patet feudū D.Comiti in dotē datū. Itē quatenus,ita eſſet, prædictorū Doctorū opinio ſtat pro nobis.Demū caſus noſter,ex hac ſententia redditur clarior, ſtante vtriuſque coniugis delicto, culpa, & contumacia in Dominum,per iam dicta;quo caſu, ſtante culpa utriuſque, & delicto in Dominum, vterque feudum amittit.

Ex omnibus itaq; prædictis abūdè ſatis examinatis,luce meridiana clarius apparere cōfido,iura fiſci Sereniſ.Ducis Parmæ,& Placētię,in tuto eſſe:omni iuris,& æquitatis anchora firmiſsimè quieſcere: Decretū iuſtiſsimū,& ſanctū:confiſcationē omniū bonorū,tā feudaliū,quā dotaliū tenère,in perpetuū Dominorū Comitis,&Comitiſſę præiudiciū,ad ſucceſſorū,& agnatorū illorū excluſionē. Nullū ſupereſsè iuſtitiæ,nullitatis, purgationis moræ, vel reſtitutionis in integrū,cōtra prædicta remediū; & demū circūſcripta Sereniſ. Ducis benignitate, magnorū heroū propria,teſte Affl. in princi. feud. n.11.& in prælud.n.55.56.Hortē.Caual.de brachio reg.par.6. n.207. 1.ca.acquieſcendū eſſe,denegato Summorū Pontificū recurſui,ſine iuſto fundamento tentato, & refricato.Et ſic iuris eſſe omninò cenſeo, ac ita me ſemper, quieto animo iudicare paratum, ſi occaſio poſtularet profiteor. Saluo in omnibus, &c.

Philippus Maria Roffredus.

Digitized by Google

RESPONSVM:
ET
IVRIS ALLEGATIONES
PRO
Admodum RR. Monacis Carthuſienſibus Ciuitatis Aſt conuentis,
CONTRA
Buſſolam pauperum eiuſdem Ciuitatis actricem.

VBI AGITVR

1 De pia cauſa principaliter,& multis eius fauore inductis.
2 De teſtamento, & diſpoſitione letaliter vulnerati, intra tres horas mortui; in freneſim,& delirium deſinentis,vtrum diſponere valuerit.
3 Quibus teſtibus poſſit talis diſpoſitio probari, & ſuſtineri; & quot teſtibus neceſſariò probanda ſimilis voluntas.
4 De teſtium conflictu in probanda ſana diſponentis mente, quibus magis credatur,affirmantibus,vel negantibus ſanam mentem.
5 De Medicorum iudicio circa iſtos caſus, quando eis,& quibus magis in hac parte credatur.
6 Vtrum legatarij ſint idonei teſtes ad probandam talem diſpoſitionem.
7 De teſtamento ad pias cauſas coram duobus teſtibus,& ad interrogationem perſonæ ſuſpectæ; & imperfecto ratione voluntatis vtrum valeat.
8 De teſtamento inter liberos, vel pia cauſa ſine teſtibus, manu tantum teſtatoris conſcripto.
9 De tranſactione cum adminiſtratoribus Hoſpitalis inita præſente Epiſcopo, vtrum reſcindi poſſit ratione enormiſſimæ læſionis: vel teneat tamquam iurium nundum perfectè acquiſitorum repudiatio.

SVMMARIVM.

1 *Pia pro cauſa in dubio iudicandum.*
2 *Eccleſia iuſtitiæ cultrix,nemini ius ſuum tollit.*
3 *Qui filium exhæredat, & Eccleſiam inſtituit hæredem, alium quærat aduocatum,quam Auguſtinum: vbi de intellectu c.final.17.q.4.*
4 *Eleemoſyna ab inuito non extorquenda.*

5 *Eleemoſynam facere permiſſum, de rebus alienis non eſt, citra domini voluntatem.*

6 *Priuilegia piæ cauſæ reſtringenda quando tendunt in præiuditium tertij.*

7 *Ad pias cauſas teſtari nemo poteſt niſi ſit habilis ad teſtandum.*

8 *Furioſi, impuberes mente capti, & ſimiles etiam ad pias cauſas teſtari non poſſunt, & eſt communis.*

9 *Freneticus non poteſt teſtari etiam ad pias cauſas.*

10 *Medicis in ſua arte omnino credendum.*

11 *Conſilia Collegiorum, præualent voto peritiſſimi cuiusq; viri.*

12 *Freneſis poſtquam incepit præſumitur durare; ob id ſana mens tempore diſpoſitionis clarè probanda.*

13 *Sana mens non poteſt dici concludenter probata, ſtante teſtium conflictu.*

14 *Inſana mens ex quibus ſignis probetur. vt legatis magni valoris ſine cauſa extraneis factis.*

15 *Medicorum auctoritates, ex quibus probatur grauiter vulneratum prolabi in obmuteſcentiam, ſyncopem, & mortem.*

16 *Vt valeat quæuis diſpoſitio, neceſſe eſt apparere prius de deliberata, & enixa teſtandi voluntate, non dubia, etiam ad pias cauſas, tanto magis ſtante ſuſpitione interrogantis, & furore teſtantis. nu. 17.*

18 *Diſpoſitio dubitatiua in dubio debet ſubuerti, non ſuſtineri.*

19 *Teſtamentum furioſi, mentecapti, inſani, & dementis quare nō valeat; qui omnes in factione teſtamenti æquiparantur. num. 20.*

21 *Notarij quando vident teſtatorem freneticari, debent abſtinere à receptione teſtamenti.*

22 *Freneſis ſigna in teſtari volente quæ.*

23 *Mortis in articulo, quando quis dicatur eſſe.*

24 *Teſtamentum non valet niſi articulatè teſtator loquatur, etiam ad pias cauſas.*

25 *In dubio Iudex tali caſu contra teſtamentum inclinare debet.*

26 *Vulnerati moribundi quandoq; Dei immemores.*

27 *Morbi grauitas inducit mentis exilium.*

28 *Verba qualia, talis conceptus.*

29 *Balbutientis vox accedit ad inarticulatam vocem.*

30 *In dubio magis credendum teſtibus dicentibus non fuiſſe ſanæ mentis, quando inarticulatè teſtator locutus.*

31 *Teſtes preualent, qui nocent percuſſoribus.*

32 *Teſtamentum vnico contextu fieri debet.*

33 *Teſtamentum vnico loco, tempore, & coram iiſdem teſtibus vſque ad finem actus durantibus fieri debet.*

34 *Teſtes debent eſſe præſentes toti teſtamento.*

35 Te-

Digitized by Google

35 *Teſtes non probant, quando obiter, & per tranſennam aliquid intellexerunt.*
36 *Tria tempora diſtincta arguunt diſpoſitionem imperfectam.*
37 *Teſtes nõ poſſunt dici conteſtes deponẽtes de temporibus diuerſis, & ſeparatis; etiam ad pias cauſas. num. 38.*
39 *Vbi caſus deciſiones.*
40 *Teſtantis voluntatem, quæ oſtendunt perfectam.*
41 *Morbo graui oppreſſi, ſanę, & integrę mentis non ſunt.*
42 *Morti proximos mortuis æquiparari.*
43 *Medicorum vota, quæ præualere debeant.*
44 *Piæ cauſæ fauore multa à iure introducta; de quibus ibi latè.*
45 *Verba enunciatiua fauore piæ cauſæ diſpoſitionem inducunt.*
46 *Executores non ſoluentes legata pia excommunicantur; & ſi anima defuncti propter eorum culpam in purgatorio non crucietur.*
47 *Piorum legatorum ſoluendorum cura ad Epiſcopum pertinet.*
48 *Piæ cauſæ fauor vtrum maior fauore liberorum. & nu. 90.*
49 *Piæ cauſæ fauore valere diſpoſitionem captatoriam.*
50 *Teſtamentum ad pias cauſas coram duobus teſtibus valere, ad interrogationem alterius, & imperfectum, & de veritate latè num. 51. 53. 73. 74. 76. 77. 85.*
52 *Teſtamentum ad pias cauſas, vbi cauſa magna, & ardua quinq; teſtes requirit. & num. 95.*
54 *Teſtes, qui probent freneſim diſponentis.*
55 *Teſtes plures preualent paucioribus, quia magis ibi prẹſumitur veritas adeſſe.*
56 *Teſtes vbi agitur de magno præiuditio, debent eſſe idonei, conteſtes, & concordes.*
57 *Teſtes pro conuentis facientes.*
58 *Teſtes partis etiam ſingulares, & de credulitate magis probant.*
59 *Teſtes contrarij non probant.*
60 *Teſtes pauperes, nullatenenſes, & legatarij non probant.*
61 *Summa rei penes quos teſtes reſideat.*
62 *Teſtes, & Notarius viles, teſtamentum ſuſpectum reddunt.*
63 *Teſtes legatarij, non probant diſpoſitionem ſine plena ſolemnitate conditam; & ſic priuilegiatam.*
64 *Teſtes requiruntur integri, & omni exceptione maiores in cauſa ardua, & ſuſpecta. nu. 65. & quando ardua nu. 66. ſaltem tres. nu. 69.*
67 *Capellanus non poteſt eſſe teſtis in relictis ſuæ Eccleſiæ.*
68 *Legatum factum pauperibus, de quibus intelligatur.*
70 *Teſtis vnus probat in cauſis minimis, ergo in arduis plures.*
71 *Vbi magna negotia, periculoſum credere vni tabellioni.*

72 *Poſthumi natiuitate, legatum magnum extinguitur, non obſtante clauſula codicillari.*
75 *Morti proximo periculoſa Sacramentorum adminiſtratio.*
77 *Teſtamentum etiã ad pias cauſas non valere ad interrogationẽ perſonæ ſuſpectæ, etiam religioſæ. num. 78. & cum in articulo mortis minus valet. num. 79.*
80 *Teſtamentum ſuſpectum ad interrogationem, vbi teſtes interſe varij, vel varij à dicto Notarij, & vbi diſpoſitio de falſo ſuſpecta. nu. 81. & tali caſu teſtam. nullum, vel reſcindi reſcripto Principis. nu. 82.*
83 *Teſti Religioſo maior fides adhibenda.*
84 *Teſtis Religioſus non probat ſine licentia ſuperioris.*
85 *Teſtam. etiam ad pias cauſas non valet, quando voluntas imperfecta, & hæc magis communis.*
86 *Caſus plures communem concluſionem comprobantes.*
87 *Conſ. Dec. 159. pro Hoſpitali examinatur, & aptatur caſui.*
88 *Vtrum valeat teſtamentum ad pias cauſas ex ſola ſcriptura ſine teſtibus, latè oſtenditur quod non; & magis communis: & ſi variauerit in hoc Rota Romana. nu. 97.*
89 *Conſ. Zabare. 73. ad rem ponderatur.*
90 *Fauor piæ cauſæ, minor fauore filiorum.*
91 *Teſtamentum inter liberos requirit ſaltem duos teſtes, & hæc cõmunis.*
92 *Maior ſolemnitas requiritur in teſtamento ad pias cauſas, quam inter liberos: vbi de ratione. & num. 93. vbi de intellectu. c. cum eſſes, & c. relatum de teſtam.*
94 *Rogitus teſtium quare in teſtamento requiratur.*
96 *Pia cauſa hæres inſtituta, non detrahit falcidiam, neque trebellianicã in legatis ad pias cauſas.*
98 *Rota quandoq; rotat.*
99 *Veriſimile, quod non eſt, habet imaginem falſitatis.*
100 *Teſtes quando deponunt ſuper non veriſimili, debent eſſe omni exceptione maiores.*
101 *Iudex poteſt credere teſtibus non idoneis, quando deponunt veriſimilia.*
102 *Fama, vt plurimum falax.*
103 *Teſtibus non creditur, quorum repelluntur auctores.*
104 *Teſtes adminiculantes quomodo, & quid probent.*
105 *Multa quandoq; proponuntur, quæ non fiunt.*
106 *Conſ. Sfort. Oddi, qui conſuluit pro Hoſpitali latè examinatur.*
107 *Priuilegiatus contra pariter priuilegiatum non vtitur priuilegio. & ibi quomodo ad caſum.*
108 *Ardua cauſa quæ.*

Digitized by Google

109 *Piæ cauſæ fauore vtrum valeat diſpoſitio nutu facta, ibi latè.*
110 *Tranſactio de rebus piæ cauſæ cum conſenſu Epiſcopi irretractabilis.*
111 *Epiſcopus piorum relictorum executor; & ex Conc. Trident. piarum diſpoſitionum delegatus, & executor.*
112 *In tranſactione non habet locum remedium. l. 2. C. de reſcin. vendi. & hac magis communis.*
113 *Tranſactio tenet irretractabiliter, vbi non alienantur bona Eccleſiæ, & pia, ſed tantum repudiantur.*
114 *Tranſactio irretractabilis ſtante nouo inde conſenſu, & approbatione etiam tacita.*
115 *Deciſio Ioſeph. Ludou. 93. quomodo intelligenda, de alienatione bonorũ ſocietatis, & loci pij.*
116 *Conuenti, qui tractant de damno vitando etiam in pia cauſa debent obtinere.*

DEO mihi ſemper Duce.

SPecies facti in hac ſatis graui, & perplexa cauſa Io. Baptiſtæ Laborante ciuis Aſtenſis, & admodum Reu. Monaſterij Carthuſienſium Monacorum eiuſdem Ciuitatis ab eo cauſam habentium; contra Buſſolam, (vt appellant) pauperum eiuſdem Ciuitatis, quæ coram Excellentiſs. Senatu agitatur, talis eſt.

Anno 1599. die Dominico vltimo Ianuarij, circa horam decimamſextam; dum Io. Iacobus Laborante Doctor, & ciuis Aſtenſis, è quodam ſuo rure, equo vectus, ad locum Portæ Comarij, ad Miſſam audiendam proficiſceretur; in itinere à duobus ſicarijs, & aſſaſsinis, ex improuiſo inſultatus, duobus ſclopetorum ictibus, & alijs pluribus vulneribus, lætaliter in capite, facie, & alijs corporis partibus offenditur: Hoc ab eius famulo itineris comite, ad Eccleſiam Portacomarij, vbi celebrabantur Miſſæ ſolemnia, perlato; Curato, & populo ibi collecto, denunciato; accurrunt cum Vicecurato plures ad locum delicti, vbi in terra Io. Iacobus ita miſerrimè vulneratus iacebat: poſt ſuſceptum à Vicecurato pœnitentiæ Sacramentum, eo, quo potuit à ſemimortuo agonizante, & exanime quaſi, ſic vulnerato homine; Inde ad eius proximum rus, & grangiam poſt duas circiter horas, in cathedra elatus reducitur, & portatur; atq; in lecto ibi repoſitus, elapſis tribus horis, vel circa à vulneribus illatis, tandem moritur.

Eodem die à Fiſcali, & Secretario Ciuitatis illuc à Iudice tranſ-

 miſsis,

Digitized by Google

miſsis, fit viſitatio cadaueris; quod reperitur octo vulneribus affectum, quæ vulnera à duobus Chirurgis præſentibus lætalia omnia dijudicata: Inter cęteras quatuor in capite, hoc eſt vt actus cantat; *Prima vna ſopra il coronale di grandezza di vno palmo, con inciſione del Craneo, e della ſoſtanza iſteſſa del celebro. Più vn'altra tranſuerſale del muſculo temporale nella parte ſiniſtra, principiando à dietro dell'orecchia ſiniſtra, & voltandoſi all'occhio ſiniſtro, con deperditione di quello, trauerſando il naſo, & perſondando ſino al palato. Vn'altra con inciſione del mentone di grandezza di trè dita: Vn'altra ferita ſopra il muſculo temporale dalla parte dritta, però non molto profonda. Più vn'archibuggiata, &c.*

Iſtis vulneribus ſuſceptis, adeò vt perimpeditè, & magna cum difficultate loqui vix poſſet, nec quicquam articulatè proferre, vt infra latius; dum in terra iaceret: inde eleuatus ad grangiam portaretur; & in lecto repoſitus, dicitur interrogante Viceeurato protuliſſe verba, quibus relinquebat ſua bona egregij valoris, pauperibus, & diuerſa legata pleriſque Io. Baptiſtæ fratri, filio eius naturali, & alijs; nihil tamen omnino ſcriptum, nec ſtipulatum.

Super iſtis examinati plures hinc inde teſtes; quia alij dixerunt pauperibus bona, & legata alijs relicta, ipſis intelligibiliter, & apertè hæc audientibus: Alijs è contrario iſta negantibus, quod imò articulatè, & intelligibiliter minimè loqui poterat, nec aliquid omnino diſpoſuiſſe circa bona pauperibus relicta, & legata alijs. ſed tantum cum magna difficultate protuliſſe verba *Ieſus, Dio, confeſſione*, vt vix exaudiri poſſet. Poſt iſta, prętendentibus adminiſtratoribus pauperum ius in bonis à Laborante relictis habere, valoris ſcut. quatuor millium; fratre Io. Iacobi contrarium apertiſsimè demonſtrante: tandem ſub 12. Iulij 1601. cum auctoritate, conſenſu, & interuentu Reuerendiſsimi Epiſcopi Aſtenſis fuit facta inter eos tranſactio, in qua mediantibus ſcut. 155. inde habitis, ampliſsimè renunciauerunt pauperum, & buſſolæ adminiſtratores, iuribus omnibus, cauſæ, & prætenſionibus, quoquo modo illis ſpectantibus, cum promiſsione remittendi omnes ſcripturas contra ipſum Laborante factas. Qua tranſactióne ſequuta Io. Baptiſta hæres occiſi ab inteſtato, bona ipſa egregij valoris iugerum 150. vendidit RR. Monacis Carthuſienſibus pretio ſcut. 3750. à flor. 9. pro ſcuto ſub 23. Decembr. 1604. & illorum poſſeſsionem adepti. In qua pacifica poſſeſsione nunc ſunt. & ſi inde reperta iugera minoris numeri, & retractatum pretium: atq; integrè debitum ſolutum.

Poſtea

Poſtea anno 1606. die 24. Iulij adminiſtratores Buſſolæ tacitè ratificantes, & iterum approbantes tranſactionem, coram Ordinario Ciuitat. Aſt conuenerunt Io. Baptiſtam Laborante virtute tranſactionis, quam produxerunt; qui ſub 20. Septembris eiuſdem anni damnatus fuit aduerſus adminiſtratores Buſſolæ in ſummam petitam: quæ inde ſoluta.

Anno verò 1608. neſcio quo colore, & quo ſpiritu ducti, contra iam tranſacta, ratificata, & iudicata, litem ſuſcitarunt pauperes coram Senatu Excell. contra Io. Baptiſtam, inde à RR. Monacis reaſſumptam, & defenſam: qua pendente multa hinc inde dicta, & adducta: & inter cætera RR. conuenti præter probationes inſtante Io. Baptiſta primo loco factas; habuerunt atteſtationes determinationem, & vota trium Collegiorum Medicorum, Papiæ; Montisregalis; & Taurini; taliter vulneratum non potuiſſe ſecundum eorum artem, & peritiam intelligibiliter, & articulatè, loqui; imò nec potuiſſe dici ſanæ mentis, vt teſtari potuiſſet. Item produxerunt acta mox enunciata de anno 1606. corã Ordinario agitata. Inſtrumentum emptionis bonorum à Io. Baptiſta Laborante; & quitationem pretij per ipſos RR. Monacos ſoluti.

Inde fuit repertum teſtamentum quondam Bartholomei Laborante patris dictorum Io. Baptiſtæ, & Io. Iacobi, conditum anno 1575. die 15. Aprilis, colationatum in forma cum protocollis Notarij de eo rogati, in quo apparent inſtituti hæredes vniuerſales dicti eius filij Io. Baptiſta, & Io. Iacobus pupilli, & ipſis decedentibus in pupillari ætate, vel ſine filijs legitimis, & naturalibus, teſtator ſubſtituit alterum ſuperſtitem. cuius ſubſtitutionis virtute, Io. Baptiſta in bonis Io. Iacobi occiſi capit dimidiam: altera dimidia pro legitima, & trebellianica eidem Io. Iacobo debita, in controuerſia nunc poſita, & alia hinc inde dicta, & probata, quæ infra latè attingentur.

Quæritur modo de viribus talis diſpoſitionis, vtrum poſsit habere vim teſtamenti, & vltimæ voluntatis, fauore pauperum; & ſic piæ cauſæ: ſtanteque tranſactione ſecuta inter d. Io. Baptiſtam Laborante fratrem occiſi, & proximiorem ab inteſtato ſuccedentem, cum adminiſtratoribus Buſſolæ, ſeu Hoſpitalis pauperũ; cum conſenſu, & auctoritate Reuerendiſs. Epiſcopi Aſtenſis. vt ſupra, vtrum etiam amplius ſint audiendi, vel fortè tranſactio reſcindenda, ſub prætextu enormiſsimæ læſionis, vt aſſeritur poſt taciturnitatem præſertim octo annorum.

Et quamuis multa eſſent hoc caſu, ex tot teſtium conflictu perplexo dicenda; tamen ſingula, ea qua fieri poterit breuitate per-

Digitized by Google

ſtrin gendo rem omnem pro Io. Baptiſta fratre, & RR. Monacis contra pauperes, in iure apertam eſſe, intrepidè per plura exiſtimo: & omiſſa teſtium ſexdecim vltimo loco examinatorum nullitate, circa quam multa dicenda, vt in actis latè oppoſitum, & refricatum. omiſſa etiam quæſtione teſtium parte RR. Monacorum examinandorum ſuper nouis capitulis, & materia declaratoria præcedentium: Quorum teſtium examen impediri poſſe nullo modo videtur, non obſtante aliorum publicatione inter Rectores Buſſolæ, & Io. Baptiſtam Laborante aliàs facta. c. fraternitatis de teſtib. clem. fina. eo. & Doc. de materia paſsim: cum multa ſuadeant fauore Reu. Monaſterij capitula admittenda, & teſtes examinandos ſi neceſſario opus eſſet ad cauſæ victoriam. Gabriel. de teſtib. conclu. 21. præſertim num. 47. 48. quia Eccleſia in 12. limit. num. 59. limita. 17. quia variata cauſa, & perſonæ. Item num. 144. 147. quia multa noua adduntur. Item num. 148. limit. 60. vbi legales perſonæ, quia Eccleſiaſtici, & legales Religioſi, in quibus non cadit timor ſubornationis. Item num. 153. lim. 64. quia nundum in cauſa iudicatum, & alibi plura: & ad equalitatem ſeruandam, cum alios plures etiam teſtes, pars examinauerit in hoc nouo iudicio. Ad merita ipſius cauſæ deſcendendo.

1 Primùm vulgatum illud adducitur, † quod & ſi pro pia cauſa, & in dubio iudicandum, fauore iuuanda, & multa eius gratia paſsim introducta, vt per Aegid. Magiſtris. c. 7. tract. extinc. lib. 1. deciſio. diuerſor. & Manti. poſt alios de coniect. vltim. volun. lib. 5. tit. 15.
2 num. pen. & fina. † tamen cum Eccleſia ſit iuſtitiæ cultrix, tantus non debet eſſe ipſius Eccleſiæ fauor, nec tantum piæ cauſæ deferri, vt aliorum, & ſuccedentium hoc caſu ab inteſtato iura, tanto magis Religioſorum, qui etiam loco piæ cauſæ habentur teſte Tiraq. de priuileg. piæ cauſæ in præfat. num. 2. ſic aperta ledamus. c. ex tenore de foro compet. Syl. Nuptial. lib. 5. nume. 73. circa finem. Crau. conſ. 303. num. 6. Mantic. vbi plura ſimilia. lib. 6. de coniect. vltim. volunt. tit. 3. num. 12. & 38. Maſcard. concluſ. 1171. in ver. pia cauſa. num. 77. vbi iura, & auctoritates aliàs adducit: Achil. Pedro. conſil. 2. num. 203. Borgn. Canalc. deciſ. 27. num. 19. ad finem. & num. 20. de iudic. Euerard. in locis legal. in loco à libertate ad piam cauſam. nume. 35. Petr. Dominic. Magdalen. de num. teſt. par. 2. cap. 3. num. 58. 59. & facit in arg. c. fina. 17. q. 4. vbi adducitur tritum exemplum D. Auguſtini, qui filium exhære-
3 dare vult, & Eccleſiam inſtituere hæredem, alium conſultorem quærat, quam Auguſtinum: de quo Mantic. ibid. num. 11. Menoch. de præſump. lib. 4. c. 189. nume. 121. 122. vbi de intellectu

dicti

Digitized by Google

dicti c. fina. 17. q. 4. quòd intelligatur de tota hæreditate, non autem ſola legitima, vt aliqui putarunt. & Maut. etiam nu. 11. Petr. Dominic. Magdalen. d. tracta. de numero teſt. par. 2. c. 3. num. 48. 49. præter alios alio loco adducendos.

Secundò nec debet trahi piæ cauſæ fauor ad id, de quo teſtator
4 apertè non ſenſit: † quia ab inuito non eſt extorquẽda eleemoſyna, vt præclarè tradit Achil. Pedroc. conſ. 2. num. 213. 214. & ſeq. &
5 num. 214. 215. quia non eſſet pietas, ſed impietas. num. 216. quod de rebus alienis non eſt permiſſum facere elemoſinam citra Domini voluntatem. c. forte 14. q. 5. c. ſic non ſunt. 32. q. 3. Burſat. cõſ.
6 226. num. 64. lib. 3. † ergo reſtringenda priuilegia, & iura piæ cauſæ, quando tendunt ad præiudicium tertij, ab inteſtato ſucceſſuri: tanto magis hic, in damnum aliorum Eccleſiaſticorum, quibus non minus fauendum; imò fortè magis quam pauperibus, cum perpetuò pro ciuibus, & alijs, deuotas Deo effundant omni tempore preces; atque largas eleemoſynas largiendo, egenos omninò ſubleuare procurent, vt mox attigi, adeò vt non leue afferant Aſtenſi Comitatui lumen, præſidium, & ornamentum. Quod non præſtant Buſſolæ pauperes, aduenæ, & peregrini frequentes, in benefacientes, & charitatis officia exercentes quandoq; ingrati; & diuinorum munerum, vt plurimum immemores; nil aliud quærentes quam ventri, & corpori indulgere; inde ſine gratiarum actione inſalutato hoſpite plerunq; recedentes: & eleemoſynis (ſi fas ſit dicere) abutentes, cum quandoq; ad Hoſpitalia confluat mendicantium validorum ſentina; & peccantium colluuies, quibus impium Eccleſiæ panem elargiri, vt pulchrè Abb. ad c. bonæ el. 2. de poſtula. prelato. num. 16. vbi egregiè adden. ad eum. & D. Senat. Sola ad Decre. antiq. de mendican. valid. in glo. vni. rectiſsimè num. 4. 5. 6. & ſi quoad egenos in Ciuitate exiſtentes, optima adminiſtratorum prouiſione, vt ex aduerſo allegatum prudenter, & non leui cum charitate ſuccurri minimè dubitãdum ſit: quod tali caſu omnino deteſtandum. argũm. eorum quę tradunt ad rem etiam. Alexan. conſil. 237. num. 2. lib. 6. Maſc. concl. 1153. num. 4. 5. & alijs. Iacob. de Graff. lib. 2. par. 1. deciſ. aurear. c. 100. num. 16. & ſeq.

7 Tertiò facit præcipua illa, & fundamentalis regula, † quod nemo poteſt etiam ad pias cauſas teſtari, niſi ſit habilis ad teſtãdum, de quo nemo dubitat, & comm. eſt omnium Doct. opinio; de qua gloſ. ad l. 1. in gloſ. 1. C. de Sacroſ. Eccleſ. vbi Bart. in repetit. nu. 1. & addent. ad eum Iaſ. in prima lect. num. 10. 11. 12. Mich. Graſſ. in §. teſtamentum. q. 17. nume. 2. poſt Tiraq. Clar. Vaſq.

&

8 & alios de communi latè teſtantes. † Hinc inferunt furioſum, impuberem, mente captum, & ſimiles etiam ad pias cauſas teſtari nõ poſſe; vt latè poſt multos, quos allegat, pertractat, & communes Doct. opiniones in ſingulis caſibus recenſet idem Graſſ. ibid. d. q.17. num. 3.4.5. & ſeq. optimè Guli. Bened. in repet. c. Raynutius. in ver. in extremis poſitus. num. 17.18.19. latiſs. multis congeſtis. Petr. Dominic. Magdalen. de nume. teſt. lib. 1. c.12. num.32. & par.2. c.4. nu.85.86. & pluribus ſeq.

9 Quartò, Hinc ad rem noſtram infertur, † freneticum non poſſe teſtari, neque valere eius teſtamentum, vt in ſpecie eſt tex. in c. fin. §. quia verò. de ſucceſsio. ab inteſt. & tradunt Abb. nu. 8. Barbat. & Doct. ibi, vbi caſus noſter in §. fina. quaſi deciſus: ſequitur Pariſ. qui Barbat. allegat in addit. ad Bart. ad l. furioſum. C. qui teſtam. fac. poſſ. & Iaſ. ad d. l. num. 1. qui poſt Bald. de frenetico etiam loquitur; & in pia cauſa. facit c. ſicut tenor. de regular. quod loquitur in pia cauſa, vbi Abb. num. 3. rectè: ad rem etiam in pia cauſa teſtamentum non valere: & illud citat Dec. ad d. l. furioſum. num.15. & in l. in negotijs. num.2. de reg. iur. & freneſis eſt ſpecies inſaniæ, vt poſt Cornel. Celſ. tradit Menoch. lib.6. præſump. c.45. num.3.4.10. vbi de frenetico agit, & conſ.82. num. 198. 221. lib.1. At iſte Laborante à Medicis, & teſtibus habitus, & iudicatus freneticus, & non ſanæ mentis; ergo teſtamentum eius (ſi ita dici

10 poſsit) & diſpoſitio nulla; † Medicis autem, tanquam in arte peritis in hac parte credendum. l. ſeptimò menſe. de ſtatu hominum. Bart. ad l. 2. num. 3. de teſtam. & in tracta. de percuſsio. ex quib. mors ſuperuenit. num. 6. & 8. Alexan. ad caſum iſtum conſ. 141. lib.1. num.11. verſ. & per hoc. Maſcard. de furioſo loquens in ver. medicum. concluſ. 1038. num. 10. vbi latè de medicorum peritia, & relatione. Menoch. ad caſum conſil. 45. lib. 1. nume. 23. Fulu. Pacia. latiſsimè lib.1. de probat. cap.47. per totum ad rem. Polyd. Rip. de actis in mortis articulo. c.1. num.16.17.18. & cap.21. nu.20. & cap.71. num 3. & per totum. quando quis dicatur conſtitutus in mortis articulo. Boer. ad rem deciſ. 323. num. 21.22.23. Cæpol. conſ.28. num.20. & ita optimè tradit apoſtilla ad Fulu. Pacia. de probat. lib.1. cap.47. ſub num.9. in ver. Medicorum, quæ loquitur de infirmitate, quę inducit in freneſim: cumulatiſs. de Medicorum relatione in iſtis, & vulneribus vtrum letalia ſint, vel non Farinac. de homicid. q.127. par.4. num. 1.2. & ſeq. num. 116. quod magis creditur ipſis Medicis, quam teſtibus contrarium deponentibus. num. 141. quod Medicis diſcordantibus magis creditur pluribus. num.142. quando præſertim veriſimiliora. num. 148. magis credi con-

Digitized by Google

contrà percuſſorem, qui dicunt vulnus letale, quando vulneratus mortuus. vt num. 150. cum etiam in loco periculoſo, vt capite: ex quibus ceſſare videntur, aliorum ſingularium medicorum contrarie aſſertiones; Collegiorum voto reprobate; & contra peritiorum dogmata, traditiones, & artes inſomniatæ; & Medicorum, ac
11 Philoſophorum Scollæ repugnantes. Et cum † hoc caſu habeamus conſilia Collegiorum, magis eis credendum, quam voto, & conſilio cuiuſuis ſimplicis Doctoris, & Medici, quamuis peritiſſimi, & eminentiſsimi, vt ita tradit Gabriel. de teſtib. concluſ. 4.
12 num. 91. & ſimili caſu alienationis probabilis à mente, † & freneſis, quæ poſtquam incepit, ſemper durat, vt poſt alios Menoch. d. conſ. 82. num. 223. clarè, certè, & concludenter, erat per aduerſarios probanda ſana mens tempore allegatæ diſpoſitionis, vt poſt Cardin. & alios Dec. concludit vbi ſupra. num. 13. Menoch. conſ. 45. num. 39. M. Ant. Eugen. conſ. 70. num. 25. Maſcard. concl. 825. nu. 10. poſt plures Menoch. lib. 6. præſump. 45. num. 63. Fulu. Pacia. de probat. lib. 1. c. 50. num. 21.

Et cum hic ex eiſdem met teſtibus contrarijs appareat varia, ſecta, inconſtantia, & non firma protuliſſe, ſatis clarum præbuit Laborante Freneſis ſignum. vt per Maſcard. ibid. num. 12. 13.
13 † & ſic ſtante teſtium conflictu, non poteſt dici concludenter
14 probata ſana mens. Boer. rectè deciſ. 23. num. 85. 88. & † inſana mens probatur ex tot legatis magni valoris huic, & illi, ſine cauſa, & ſine vllo merito factis. Afflict. deciſ. 143. num. 4. Sim. de Pret. lib. 2. ſol. 4. dub. 1. num. 9. 10. fol. 137. Maſcard. in concl. 825. num. 13. 14. in ver. furioſus. Menoch. d. lib. 6. præſump. c. 45. num. 57. 58. poſt Alex. conſ. 141. num. 8. lib. 1. qui Alex. rectè ad rem noſtram loquitur. Alex. Raudenſ. de Analog. cap. 30. num. 146. Gram. deciſ. 73. nu. 4. ad finem, & nu. 5. D. Preſ. Morot. reſp. 6. nu. 3. 4. & per totum.

15 Quod † autem Io. Iacobus Laborante, tàm grauiter vulneratus, ſecundum Medicorum peritiam, dogmata, & artem; ſtante longitudine, latitudine, & profunditate vulnerum, in capite, & in perículoſis, atque nobilioribus, venarum, neruorum, & arteriarum preciſarum partibus; neceſſariò prolapſus ſtatim fuerit non ſolum in freneſim, imò in obmuteſcentiam, ſyncopem, & animi deliquium; indubitata mortis prenuncia, & ipſi morti proxima; patet ex multis Philoſophorum, & Medicorum apertiſsimis locis, ex Hypocr. lib. 2. de differen. pulſ. c. 6. & ex Gal. comenta. 2. aphor. com. 54. ex Ariſtoti. li. 5. metha. c. 2. ex Hypo. lib. 2. de vulneri. capitis. ex li. 2. de Decret. Hypp. & Plato. c. 7. ex Andr. Laurentio lib. 2.

ſuæ

ſuæ anathom. c.11. ex Hyp. lib.de humorib. non procul à princi- & ex Galle.lib.11. de vſu par.c.3.Iterum ex lib.2.de decretis Hyp- pocr. & Plato. cap.4. ex lib. 4. de loc. affect. cap. 2. & ex lib. 7. aphori. aphoriſmo, & comento 58. & ex lib.1. de decret.Hyppo. & Plato. c. 6.

Item abſciſis quatuor neruorum paribus, quæ à cerebro oriuntur eodem loco vulneris ſupra coronalem; & à pia meninge recipiuntur: probatur obmuteſcentia quia inciditur primum par, quod eſt viſoriorum neruorum ex Veſſallio lib. 4. ſuæ anathomiæ in figura ſub c.1.ſic inciduntur ſecundum,tertium, & quartum par: tandem inciſis etiam neruis recurrentibus ex ſexto pari prouenientibus, & ex cerebro, qui vocales dicuntur ex lib.4. de locis affec.c.6.lib.16. de vſu part. c. 4. & 6. clarum eſt hiſce preciſis, & eorum operationem ſubitò deperdi: Pro quibus legẽdum indico Andr.Laurenti. lib.4.ſuæ anathomiæ.cap.16.& 17.Item Veſſalium lib.4.c.9. & ſic eorum operatione deperdita, pariter, & neceſſariò perditam vocem erit fatendum:vt & alia plura latius,& copioſius in hanc rem, & clariſsimã caſus huius demonſtrationẽ ex pleriſq; alijs authoribus ab eo congeſtis, tradidit peritiſsimus, & doctiſſimus Petrus Franciſcus Arellanus Medicus, & Philoſophus Aſtenſis non leuis auctoritatis hac noſtra tempeſtate vir;in ſuo laborioſo tractatu,quo,ad viuum oſtendit d. Laborante trium horarum ſpatio, quo ſuperuixit non potuiſſe ſic articulatè loqui, & ita mente conſtare; vt expreſsis verbis, & intelligibilibus; imò vel nutu legare, aut teſtari potuerit.

16 Quintò, † vt valeat talis diſpoſitio, debet apparere, quod omnino, ille etiam ad piam cauſam deliberatè voluerit diſponere, & teſtari. l.Pamphilo. §.propoſitum. de leg.3. Caſtr.ad l.1. §.ſi quis ita.num.7.de verb.oblig.Ripa num.8. Dec.ad caſum in conſ.159. num.7.vbi de d.§.multa.l.non omnis.ſi certum peta. tex.ſingul. & aureus.in §.planè. Inſt. de milit. teſtam. verſic. ſi ergo,& in verſic. cæterum,ibi,cęterum ſi (vt plerunque ſermonibus fieri ſolet) dixit alicui,ego te hęredem facio,vel bona mea tibi relinquo,non oportet hoc pro teſtamento obſeruari: & clarius loquitur, quam lex Diuus. D. eod. & vbique Doct. Vigli. ad d.§.num.4.Baldui.nu.1. 2. & alij paſsim Guil. Bened. in repetit. c.Raynutius.de teſtamen. in ver.teſtamentum. el.1. in 1.parte in principio. Clar.in §. teſtamentum. q. 37. num. 7. ad finem, vbi per Senatum ita iudicatum refert Zaſ.conſ.3. num.37.lib.1. Menoch. conſ.45. num. 33. poſt multos, & num. 34. vbi cum indeliberata voluntate concurrunt, interrogatio à perſona ſuſpecta,& mens inſana Sim. de Pret.lib.2. du-

Digitized by Google

dubit.2. ſolu.1. num.52. Mant.de coniect. vlt.vol. lib.2. tit.6. per totum, & num. 9. Mich. Graſſ. in §. teſtamentum. q. 19. num. 4. Menoch. lib. 4. præſump. c. 8. num.30.31.33.38. D.Preſ. Morot. reſp.6. per totum pluribus in locis. Farinac. conſ.97. nu.7. & ſeq.
17 præſertim † ſtante ſuſpicione interrogantis, & furore teſtantis, & pro indubitato hoc præſupponunt vbique Doct. ſed hic ex nullo apparet Io. Iacobum habuiſſe animum deliberatum teſtandi, quia de Notario aduocando, de teſtibus rogandis; de aliqua re, legato, vel ſimili nullum verbum ab eo ſponte prolatum: ſed incidenter omnia acta, & procurata, vt tradunt in ſpecie Doc. diſpoſitionem tunc dici deliberatam, & enixam quando teſtator rogat Notarium, & teſtes Bart. & Doct. ad d. §. Pamphilo. vbi nouiſſimè adden. Galli ad tex. Tiraq. poſt Bart. & alios de pen.cap.22. num.79. ergo diſpoſitio nulla, vt ad rem optimè ſcripſit. Paul. de Caſtr. conſil. 155. lib.1. viſo puncto, & allegationibus num. 1. ad finem, & num. 2. Menoch. conſil. 45. lib.1. num. 17. circa finem
18 poſt eum. Craue. conſ. 117. num.1. ad rem. & alibi Doc. † & in dubio talis diſpoſitio dubitatiua, non debet tamquàm fauorabilis ſuſtineri; ſed magis ſubuerti, tamquàm continens dubiam, ac incertam voluntatem. Craue. poſt iura, & Doct. conſ. 143. num. 17. D.Præſ. Morot. d. reſp.6. nu.15.

Sextò eſt diligenter, & ſubtiliter animaduertendum, iura quæ vetant teſtamentum furioſi, mente capti, inſani, dementis, & ſimilium recipi, & non valere. vt in l. furioſum. C. qui teſt. fac. poſſ. vbi Bart. Bald. Alex. Iaſ. Dec. & alij. & in c.fin. ext. de ſucceſſ. ab inteſt. in ver. ſuæ mentis compotem. §. item furioſi. Inſt. quib. non eſt permiſ. fac. teſtam. vbi Angel. Vigl. & alij. Menoch. conſil.45. lib.1. num.30. Mant. lib.2. tit.5. num. 7. verſ. cæterum ſi permixta
19 ſint ea. Simon de Pret. ibid. num. 11. † illud nolle inquam ratum eſſe, quia quis non eſt eo momento, quieto, pacato, ſedato, tranquillo, & firmo animo. vt ad rem loquitur Zaſ. conſ.3. lib.1. nu.37. Polydor. Ripa in tract. de act. in artic. mortis. c.61. num.17.18. ſed perturbato, & non compos mentis; ergo ſi eo inſtanti duret hæc ab alienatio ſanæ mentis, procul dubio non valet, per tex. rotundum in l.2. de teſtam. ibi, eius temporis, quo teſtamentum facit, integritas mentis. Sim. de Pret. lib. 2. dubit. 1. ſolut. 4. num. 1.2. fol.136. Caſtr. d. conſil. 155. num. 2. lib. 1. præſertim in articulo mortis conſtituto, morti proximo, vt per eum Menoch. rectè conſ. 45. lib. 1. num.17.30. quando teſtatorem non conſtat habuiſſe animum teſtandi, & infirmitate ita ſit preſſus, vt dubium ſit de ſana eius mente, vbi latè hoc comprobat. & ita Doct. omnes intelli-

gunt,

Digitized by Google

gunt,& interpretantur textus etiam per ſe apertos; adeò vt is qui habet dilucida interualla, ſi cęperit teſtari, & cępto teſtamento ſuperuenerit furor; non valeat teſtamentum; quaſi velint iura abeſſe omnem labem furoris, perturbationis, & inſanæ mentis etiã ad pias cauſas, vt de communi teſtatur Graſſ. vbi ſupra num. 3.4. Mant. de coniect. lib.2. tit 5. num.1.2. & ſeq. Decia. latè reſp.51.
20 nu.1.2. & ſeq. lib. 4. † vbi æquiparat furioſum, mente captum, dementem, & ſimiles in factione teſtamenti Fulu. Pacia. poſt plures lib.1. de probat. cap.43. num.9. & ſeq. num.17.19.22.45.48. Menoch. de præſump. lib.6. c.45. nu.59. & conſ.961. latè.

21 Septimò, † & ad hoc optimè, & ſanctiſsimè admonet Bald. notarios ad l. quidam. de cond. inſtit. in 2. notab. quod quando vident teſtatorẽ ſtultè loqui, vel freneticare, abſtineant à ſcribendo teſtamenta eius; & hoc pro notabili refert, & ſequitur Fulu. Pacia. d.c.43. num.18.19. Alex. poſt Angel. etiam præcauendum iſta admonet conſ.141. nu.12. lib.12. & optimè Sim. de Pret. de interpret. vltim. volun. lib.2. dubi.2. ſolu.4. nu.14.

22 Ergo † cum in caſu noſtro ex qualitate, & quantitate vulnerum, & tot teſtium dictis negari non poſsit quin Laborante fuerit maxima perturbatione, delirio, & freneſi vexatus; & ſecundum mentẽ legum, & Doct. poſt vulnera ſuſcepta in perpetua, & continua freneſi vſque ad mortem, ſine interuallo, vt Doct. loquuntur, tanto magis in frigoris illo rigore, in terra, & itinere reſpectiuè; non adhuc à Medicis, & Chirurgis curatus, & adiutus; poſt vnam, & ſemihoram à vulneribus ſuſceptis, & effuſa ſanguinis magna copia, veriſimiliter in terram; eum ſenſim vitalibus ſpiritibus deſerentibus; non video quomodo poſsit eius agonizantis, tàm periculoſa allegata diſpoſitio ſuſtineri, de qua infra clarius: ad quod conferunt tradita per Boſſ. de indic. num. 188. Gomez. & Rebuff. ad reg. cancellar. de infirm. benef. reſignantib. Gomez. q. 11. fol. 47. Rebuf. in gloſ.2. num. 16. vbi loquitur de lætaliter vulnerato. gloſ.11. Polyd. Ripa de act. in mort. art. c.1. num. 2. 3. 4. 8.
23 15. & ſeq. † vbi in mortis articulo dicitur, qui eſt per vltimum ſui eſſe, & proximus morti, tanquam mortuus, vt infra Marſil. poſt Bald. in pract. crimi. §. & quia. num. 28. & 29. Burſat. conſ. 226. num.68. lib.3. & deciſ. Rotæ Roma. in nouiſs. impreſs. deci. 701. par.1. num.5. poſt Cremen. quod ille dicitur in extremis laborare, qui proximè obijt ex illa infirmitate. & num. 1. quod exitus, & euentus ſecutus docuerunt eſſe mortale malum. & ſecundum communes Medicorum traditiones, homo aperta vena per horam, non poteſt viuus euadere: quid ergo hic dicendum in maiori

ſpatio,

Digitized by Google

ſpatio,& ſanguine tot partibus proflu ente; vt latè, doctèq; proſecutus fuit D. Arellanus.

Octauò tritiſsima eſt regula,& diſpoſitio l. iubemus. C. de teſtam.
24 in princ. qua clarè diſponitur, † non valere teſtamentum, niſi teſtator articulatè, & intelligibiliter loquatur, quia alias mortuo ſimilis eſt, & falſitas in elogijs committitur, vt per illam legem infert ibi Bart. ſe in quodam caſu feciſſe exceptionem ad impugnandum quoddam teſtamentum, quod erat factum ab eo, qui non poterat articulatè loqui. ob id monet illud menti tenendum. & Doct. in apoſtill. ad eum latè Alex. Iaſ. & alij. Paul. de Caſtro ad l. 2. num. 3. de teſtam. Alex. conſ. 33. lib. 3. & conſ. 105. lib. 7. Crau. conſ. 117. num. 3. Roma. conſ. 306. num. 5. vbi Mandoſ. in apoſtil. Guliel. Bened. in repet. cap. Raynutius. de teſtam. par. 1. in ver. in extremis poſitus. num. 27. Clar. in §. teſtam. q. 37. num. 6. Simon de Pret. de interpr. vlt. volun. lib. 2. ſolu. 4. num. 24. 25. fol. 138. Polyd. Rip. de act. in mort. artic. c. 21. num. 21. 22. & cap. 61. num. 2. & in pulchro caſu ad rem Camill. Borell. conſ. 37. nu. 12. & ſeq. & latè poſt alios. Mant. de coniect. lib. 2. tit. 6. num. 1. 2. & ſeq. & num. 8. & nu. 5. ad rem. Maſcard. de probat. concl. 1354. in ver. teſtamentum ſolemne. num. 12. 13. Rota Roma. in nouiſs. impreſsione deciſ. 638. par. 1. num. 2. quod quando teſtator non eſt in bono ſenſu, nec articulatè loqui poteſt, diſpoſitio non valet. & vt in ſimili caſu, vbi mentio de operibus etiam pijs, & ſi loquatur in reuocatione teſtamenti D. Senat. Theſ. quæſt. forenſ. lib. 1. q. 56. nu. 10. 11. optimè.

At hic ex dicto plurium teſtium conſtat, eum nec articulatè locutum, nec intelligibiliter, impediente ſanguinis profluuio, in os deſcendente, vt vix poſſet proferre illa verba: *Ieſus, Dio*. Item ex voto Medicorum, ſtante præciſione neruorum, & arteriarum; atq; vulnerum qualitate, non potuiſſe proferre verba intelligibiliter, & articulatè; ergo fundamentum clarum, & reale, vt pulchrè ad rem tradit Polyd. Ripa in d. tract. de act. in mort. artic. c. 61. num. 3. 4. & illud ſtringit, quod ipſemet Viceeuratus interrogantibus eum an peccata Laborante confeſſus, reſpondit *sì, là, là*, vt dicunt Ruſconus 4. fol. 139. Ioanninus Berrutus. & ſunt conteſtes Menoch. in terminis d. conſ. 45. num. 24. verſic. ſecundus teſtis. Crauet. d.
25 conſ. 117. num. 3. poſt princip. Ergo † ita omnis iudex iſtis concurrentibus inclinare deberet, vt per Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. caſu 97. num. 2. 3. & ſeq. vbi quando teſtator verè articulatè loqui dicatur. Tanto magis cum Laborante poſſet dici verè in extremis poſitus, & extra ſe; & fortè propter odium in occiſores aſſaſsinos

con-

Digitized by Google

conceptum Dei,& propriæ ſalutis immemor iuxta illud Pſalmi 6.
26 † *Quoniam nō eſt in morte, qui memor ſit tui*. vt ad rem ſic proſequitur, & concludit Guil. Bened. in d. verbo in extremis poſitus
27 num.18.19.44. rectè: † & grauitas morbi inducit mentis exilium. Decia.reſp.108.nu.58.lib.2.& Polyd. Ripa d.c.21.num.22. ad rem valdè, & num.3. qui citat Roland.conſ.37. num.25. lib. 3. de letaliter vulnerato Burſat. conſ. 40. nume. 72. de proximo morti, qui dolore excruciatur, & pro mortuo habetur,& num.4.alia:& iterum
28 idem Polyd. Rip. c.61. num.3. vbi poſt Bald. qualia † verba talis conceptus: verba inarticulata, informia; ergo infirma mens, infirmus intellectus, & num. 7. 8. latè quod teſtamentum in mortis articulo conſtituti nullum eſt.& num 15.optimè,& cap.68.nu.3.7.
29 de balbutiente. † vbi vox balbutientis accedit ad inarticulatam vocem.

Et hoc caſu quamuis adſit teſtium repugnantia, de quibus ſuo loco, cum alij velint teſtatorem ſanæ mentis, & articulatè locutum
30 alij contra, quod non: † In dubio magis credendum eſt eis, qui dicunt eum non fuiſſe ſanæ mentis; quia deponunt veriſimiliora, & magis concordantia rebus ſenſatis Socin. iun. in ſpecie plenè conſil. 183. num. 13. volum. 2. refert, & ſequitur Mant. d. titu. 6. num. 6. Corn.conſ.319. lib.1. Curt.iun. conſ. 151. Sim. de Pret. d.lib.2. ſolut.4. num.10. ad rem. Polyd. Ripa d. tracta. de actis in mort.arti.21. nu.14.15. qui tales verè deponunt ſuper affirmatiua, quod eſſet in freneſi,& inſanæ mentis.

Et ad rem noſtram de voce, non articulata, ſeu confuſa, ex qua nullus clarus intellectus concipi poteſt, eſt ad caſum tex. aureus in l. Labeo. ad finem. de ſuppell. leg. & Mant. vbi ſupra num. 8. in
31 medio: † Eo magis debent prçualere, quia nocent percuſſoribus & de tempore propinquiore morti. Boer.deciſ.23. num.84. 85. & deciſ.323.nu.24. Gabriel.de teſtib.concl.4.nu.49.

Nonò, nunc magis ſtringit alia ratio, legis diſpoſitio, et commu
32 nis omnium Doct. ſententia, † quod teſtamentum debet vnico contextu fieri. l. furioſum. C. qui teſtam. fac. poſſ. l. is qui teſtamentum de teſtam. vbi Bart. num.3. Roland. conſ.81. nu.21. lib.1. Graſſ. qui communem ex pluribus teſtatur in §. teſtamentum. q.60. num.3. Ludou. Lana in formula teſtam. nuncupat. et clauſi poſt reſp. Lud. Zunt. num.44.45.46. omnino videndus, & conſ.2.nu.5. allegat. l. miles ita. in loco à ſpeciali. de teſtam. milit. Camill. Borrell. conſ.37.nu.2. Hortenſ. Caualc. de numero teſtium. par.2. num. 78.

At hic vnico contextu non poteſt dici factum, cum aliqui dicant,

Digitized by Google

cant, illa verba, *laſcio il mio à poueri*, dicta dum in terra vulneratus,& ſaucius iaceret, alij dum in itinere portaretur; alij dum in lecto proprij turis proſtratus, & iacens. ergo talis iſta voluntas, proculdubio non poteſt dici vnico contextu facta.

Decimò non tantum iura requirunt teſtatorem palàm, articulatè,& intelligibiliter loqui; vnico contextu teſtari, & ve le deli-
33 beraré teſtari; ſed † requirunt etiam teſtamentum, cum ſit quod indiuiduum, vnico loco, & tempore factum: coram ijſdem teſtibus, conteſtibus; & teſtes durare debere donec ſuprema conteſtatio peragatur: adeò vt coram eiſdem conteſtibus, in loco loci, à teſtatore perfectè,& abſolutè,nec conſcisè per tranſitum, minus per fruſtra diſpoſitio fiat; vt eſt caſus legis in l. qui teſtamento. §. & veteres. de teſtam. vbi Bart. docet. & Paul. de Caſtro. num. 7. Clar. in §.teſtamentum. q.7.num.5,q.9. num. fin. q.14.nume.2.de loco,& tempore Burſat. conſ,96.lib.1. num. 12.13.14. rectè:optime Hortenſ.Ceualc.de num.teſtium par.2.nu.78. Maluaſ. poſt Mant. de loco, & loco loci, conſ. 120. num. 43. Roland.conſ.36. num.5. lib.1. Lud.Zunt. latè,& eleganter dicto reſp. pro vxore. num. 20. 21.222.231.275. vſque ad num. 282. num. 512.521. Ludou. Lana.
34 loco prædicto poſt Zunt. num. 32.44. 47. quod † toti teſtamento abſolutè præſentes eſſe debent. & conſ.1. num.71.& Zunt. nu. 33. quod teſtes debent concordare in forma, & cortice verborum teſtatoris; vt ſi alij teſtes dicant ſeium hæredem facio; alij ſeius ſit hæres,non valeat,nec teſtes probent; vt hic aliqui dicunt, quod inſtituit D. Comitem Maſini, alij quod pauperes, & loquuntur Doc.ferè omnes in pia cauſa, & inter liberos. & quando non dicatur teſtamentum abſolutum.Menoch.de præſump.lib.4.c.5.n.5.
35 & ſeq. & d. conſ.45. num.28. 29. & † cum teſtes obiter, & per tranſennam aliquid intellexerunt, & audiuerunt à teſtatore vt hic, non probant. Horten. Caualc.d.conſ. num.49. poſt tract. de teſtib.

36 In caſu † noſtro, iſta omnia deficiunt, ergo diſpoſitio nulla: & Quod prædicta omnia deficiant, nec vllatenus concurrant, primum teſtes. 1. fol. 21. 4. fol. 33. 5. fol. 40. 6. fol. 46. 7. fo. 50. 8. fo. 55. ſecundus, & nonus non repetiti, deponunt omnes de prolatione verborum quando iacuit in terra; & ſic de primo tempore.

De ſecundo tempore,quo ſaucius efferebatur, dicunt 1. fol. 22. 3.fo.29. 4.fol.34. 5.fol.41. 7.fo.51. 8.fo.56. 10.fo.61.2.etiam & 9. ſed non repetiti. Qui teſtes nihil probant omnino,quia per tranſſennam,& obiter, non data opera præſentes fuerunt, & diſpoſitio-

nem ſic intellexiſſe dicuntur. ita in indiuiduo Hortenſ. Caualc. d. ſuo conſ. poſt tract. de teſtib. nu. 49.

De tertio tempore quo iacuit in lecto vſque ad mortem, dicunt 3. fo. 29. 4. fo. 35. 8. fo. 56. & ex eis aliqui concludunt Laborantē pre moleſtia, & egritudine modo Vicecurato interroganti reſponſum dediſſe, modo non, ergo nulla diſpoſitio. Menoch. d. conſ. 45. num. 18. 24.

Ergo cum deponant de tribus temporibus diuerſis, & ſeparatis
37 non poſſunt omnes eſſe conteſtes, † de actu indiuiduo, de loco loci, tempore præciſo, forma, cortice, & præciſa prolatione verborum: & qui audiuiſſe dixerunt prolationem verborum vno tempore, non audiuerunt omnes alio tempore. At nemo etiam eorum dicit, nec concludit vtrum perfecta, & abſoluta eſſet voluntas de qua poſt Bald. Gull. Bened. in repet. c. Raynutius in ver. teſtamentum el. 1. in 1. par. num. 93. & in ver. mortuo itaque teſtatore par. 2. num. 1. 2. Gabr. multis congeſtis, de teſtam. concl. 9. num. 1. 2. & ſeq. & num. 6. loquitur de teſtamento ad pias cauſas,
38 † quod etiam non valet ſtante imperfecta voluntate.

Præter contrarias probationes, & obiectus, de quibus alio loco.

39 Vndecimò, ad particularia † deſcendendo, ſpecialiter caſus noſter videtur decidi ab Abba. conſ. 105. lib. 2. à Dec. conſ. 159. per totum. à Menoch. d. conſ. 45. lib. 1. à Decia. reſp. 65. lib. 2. à Petro Roys. deciſ. Lituan. 1. vbi fuſiſsimè.

Nam Abb. d. conſ. 105. num. 3. poſt Anchar. quem refert, & ſequitur Sim. de Pret. lib. 2. dubit. 2. ſolut. 1. num. 32. apertè ſcribit, quod ſi teſtator incipit teſtari, & expreſsit, quod inſtituebat pauperes Chriſti, & non perfecto teſtamento ſuperuenit freneſis, vel mors; quod talis inſtitutio, & alia quæ expreſsit non valent, etiam fauore liberorum, per iura multa per eum num. 2. allegata: ſed in caſu noſtro non poteſt dici perfecta voluntas; vt clarius alio loco
40 tangam: ergo quidquid probatum nullum, † quia de anima, de ſepultura, & alijs ſimilibus magis neceſſarijs, nihil: quæ videntur oſtendere voluntatem teſtandi, & perfectam: Menoch. lib. 4. præſump. c. 8 nu. 35. Burſat. conſ. 226. lib. 3. nu. 54. 65.

Duodecimò Dec. autem d. conſ. 159. ponit caſum ferè in terminis, quod conſil. potius videndum, quam referendum, & de eo alio loco.

Decimotertiò Menoch. etſi non loquatur d. conſ. 45. in cauſa pia; tamen ponit, & adducit multa caſui noſtro quadrantia, de interrogatione à Religioſo Franciſcano auunculo ſororum inſtitutarum,

tutarum; de affectione, dicto affectato, & animoſo: ſuſpecto: artibus, & thecnis vſis, teſtatore non omnino ſanæ mentis, non articulatè loquente, & morti proximo: & nu. 30. & ſeq. reſpondet ad omnia contraria, & in fine pro eius conſ. iudicatum refert.

76 Trigeſimotertiò, ſecunda omnium † limitatio eſt, quod interrogatus articulatè, intelligibiliter, & clarè poſſet loqui. Clar. ibid. num.7. Zaſ.num.37. Menoch. conſil. 45. num. 22. poſt multos, & num.23. quod ſanus mente, & intellectu. Sim. de Pret. de interp. vlt. vol. lib.2. dub.2. ſol. 1. num. 52. 53. ſol. 188. clarè adhoc loquens, dummodo appareat teſtatorem voluiſſe teſtari, & eſſe in bono ſenſu; & poſſe articulatè, & intelligibiliter loqui, etiamſi in maxima infirmitate ſit conſtitutus: Burſat. d. conſ. 226. num. 76. quod deficiente calore, & corpore, deficit intellectus, & ſine corpore intellectus non agit. Mant. nu.8. Gabriel. de teſtam. concl. 2. num. 4. Apoſtill. ad Alex. ibid. Rota Roma. d. deciſ.638. par. 1. nu. 2. Graſſ. in §. Inſtitutio. q.17. nu.8. poſt multos. optimè Crau. conſ.143. nu.13. & ſi non loquatur in pia cauſa.

77 Trigeſimoquartò limitant † etiam omnes, dummodo interrogatio non fiat a perſona ſuſpecta. Clar. num. 6. Zaſ. d. num. 37. Mant. num.9. circa medium; & plenè Decia. d. reſp.65. lib.2. nu. 13. 14. & per totum, quod reſponſum appellat deciſiuum. Mant. d.num.9. ad finem: Burſat. d. conſil. 226. lib. 3. nume. 72. 73. 74. Gabriel de teſtam. concluſ. 2. num.16. poſt multos Camil. Borell. conſ.37. num.11. 12. 19. 20. Menoch. d. conſ.45. num.20. & lib. 4. præſump. cap. 11. num. 3. 8. 9. 10. & eod. lib. 4. c. 8. num. 35. 40. Rota Roma. d. deciſ. 638. num. 7. Mich. Graſſ. in §. Inſtitutio d. q.17. num.9. 10. Petr. Beluga in Specu. Princ. rub.17. verſic. videamus num.43. verſic. ſi tamen Notarius. Gramm. optimè deciſ. 73. num. 1. 2. 4. vbi loquitur de Presbytero interrogante, vt hic Polyd. Ripa. vbi ſupra. c.61. num. 12. qui poſt Menoch. conſ.45. num. 19.
78 † extendit etiamſi ſit perſona Religioſa. & num.15. 16. 17. 18. poſt
79 Caſtr. & alios loquitur clarè pro deciſione caſus noſtri, † quod vbi concurrunt illa duo, quod quis ſit in articulo mortis; & reſponſio in articulo mortis conſtituti, ad perſonæ ſuſpectæ interrogationē, res nullam habere debet difficultatem, quia teſtamentum nullum Graſſ. d. q.17. num.7. vbi morti nimium proximus ad rem etiam optimè Sim. de Pret. poſt multos lib. 2. dub. 2. ſol. 1. num. 54. fortius in caſu noſtro, vbi vox inarticulata, agonia, & freneſi oppreſſus; propter vulnera in immenſo frigore tanto tempore aperta; impatientiam doloris, & memoriam animæ ſalutis, & obliuionem in aſſaſsinos, ſi verè à Religioſis hæc illi commendata, & commemorata fuerunt. atque teſtamentum non in forma extenſum, & perfectum, vt ipſi loquuntur; ſed extortum per fruſtra

lan-

Digitized by Google

Superioris, de qua non conſtat Farinac. de teſtib. q 61. num 83 130. Maſcar. concl. 1359. num. 32 Hortenſ. Caualc. de reprobat. teſt. par. 3. num. 29. ad finem num. 30. 31. 32. & nimis animosè, probatus inſtigator, & promotor huius impoſturæ. Menoch. d. conſ. 45. num. 25. & 26. vbi quando de commodo eius agitur, vt hic probabiliter, vt ſupra Horten. Caualc. de teſtib. vlt. par. n. 77. vbi animosè, & nimis fauorabiliter, latius quam alij.

85 Trigeſimo nonò, Tertio caſu, circa † imperfectam voluntatem, multa etiam hoc caſu Doct. hinc inde pertractant: Tamen vera, ſolida, & communis omnium ſententia eſt, quod non valet teſtamentum etiam ad pias cauſas, quando imperfectum ratione voluntatis: ergo cumulatiuè fortius hic, vbi imperfecta, ſuſpecta, & confuſa voluntas. ſic Gulliel. Bened. in d. repet. c. Raynutius in ver. teſtamentum el 1. in 1. par. num. 71. latè dicendo contrariam opinionem falſam Dec. ad l. furioſum. C. qui teſtam. fac. poſſ. nu. 16. Tiraq. in priuileg. piæ cauſ. priuileg. 7. num. 2. licet num. 3. dubitet. Menoch. de præſump. lib. 3 præſump. 131. num. 10. Clar. in §. teſtamentum. q. 7. num. 4. 5. vbi hanc communem dicit. Maſcard. de probat. in ver. teſtamentum. nume. 79. & ſeq. vbi plura, ſed loquitur vbi ſcriptura facta, & perfecta, deficiente ſola lectura: Ludou. Zunt. vbi ſupra. num. 505. & ſeq. num. 512 521. & alijs. quod omnino debeat eſſe perfecta, & abſoluta voluntas ex parte teſtantis. Gabriel. de teſtam. q. 9. num. 1. 6. 7. vbi communem poſt plures ait: poſt Boer. & alios; & in hac poſt Vaſq. & alios reſidet Mich. Graſſ. in §. teſtamentum. q 19. num. 1. 2. Polydor. Ripá vbi ſupra c. 67. num. 15. vbi communem. Hieron. Lauren. deciſ. Auinion. 87. num. 9 10. Aluar. Valaſ. deci. ſeu conſulta. 74. Quidam clericus num. 14. vbi plures pro vtraque parte citat, & in fine concludit, non poſſe bene defendi contrariam opinionem. & ex profeſſo hoc latius. Magdalen. d. tracta. de nume. teſt. par. 2. c. 5. vbi num. 11. ſe ita obtinuiſſe teſtatur: & per totum cap. de hoc articulo contra piam cauſam cõcludens. Polyd. Ripa de actis in mor. articu. c 67. nu. 13. 14. 15. num. 19. & ſeq. vſq; in finem, vbi quando quis eſt in mortis articulo, & inde paulò poſt moritur, vt hic.

86 Quadrageſimò, Huic † concluſioni conferunt plures ſimiles caſus à Docto. locis proximè citatis examinati, de Notario vocato, inde ſua voluntate coram eo, & teſtibus declarata, & antequam legeretur, & publicaretur teſtatore mortuo. Item de ſcriptura ab eo facta, vel dictata, vel eius iuſſu ſcripta, quam volebat à Notario publicari; & ſimilibus alijs caſibus, vtrum valeat iſta imperfecta voluntas, & ſuſpenſa fauore piæ cauſæ, & inter liberos: ex quibus

in-

Digitized by Google

infertur clarè colligi mentem teſtatoris voluiſſe omnino teſtari; iam hoc declaraſſe, ſuam voluntatem patefeciſſe; & eius voluntatem quoad quid, perfectam, & ſi ſuſpenſiuam; & tamen in his valdè ſe torquent; ſed in caſu noſtro hæc non poſſunt dici, non conſtito de omnimoda teſtandi voluntate; non articulatè, & clarè declarata; non ex omni parte perfecta, quoad piam cauſam, & legata; diuerſis temporibus per fruſtra conſciſa, & extorta, quæ potuiſſet perfectius, & abſolutius expediri, ſi voluiſſet, non video certè quomodo poſsit deliberatè perfecta, & abſoluta dici; & ita rem
87 etiam aperit Graſſ.d.q.19.num.4. † & extat elegantiſs. illud conſ. Decij 150. caſus qui, vbi loquitur in Hoſpitali, & ſic pia cauſa. & quamuis teſtator mentionem fecerit de Notario, & ſcriptura, quæ hic non concurrunt: Tamen in hoc noſtro caſu eius rationes efficaces ſunt præſertim num. 4. vbi hanc diſpoſitionem appellat nudam verborum enunciationem, & num.6. & num.9. quod non debet attendi talis voluntas niſi determinatè diſponat.num.10.quod teſtes verè ſunt ſingulares, cum deponant de diuerſis actibus, & cū ſit neceſſario probandum tempus ſpecificum diſpoſitionis, teſtes ſingulares non probant. Maſcard.concl.827.nu.10.in ver.furioſus. Quæ omnia verè quadrant, & concurrunt in caſu noſtro: vbi nulla parte teſtes conteſtes, actus non indiuiduus: verba non determinata, ſed extorta per fruſtra, eundo, (& vt dicitur) *alla sfuggita*; ab homine ſemimortuo, in articulo deploratæ mortis conſtituto, languente, frenetico, nec loqui bene valente.

88 Quadrageſimo primò, Pro caſus † noſtri maiori claritate, poſt alios Doct. de hac quæſtione tractantes adduco fortem deciſ. Iacobi Putei in Rota Romana determinatam, & definitam in deciſ. 97. in vna Romana. lib. 3. in qua Rota, grauia, & ardua maturo cum iudicio benè perpendi, & ponderari continuò ſolent, vt omnibus notiſsimum: & præſertim in pijs cauſis, vbi lux veritatis quoque aſsiſtit. Ibi enim teſtator manu propria, totum ſuum teſtamentum perfectum ſcripſerat, vti alibi loquuntur Doct. & hoc manu ſua inde recognitum; in quo inſtituti liberi, & ſubſtituta pia cauſa, hoc eſt Societas Sancti Rochi: & tamen quia ſcriptura non habebat ſaltem duos teſtes, coram quibus eſt neceſſariò pia cauſa inſtituenda.c.cum eſſes.c.relatum. ex. de teſtam. quæ cum myſterio requirunt formalitatem teſtium: concludit num. 2. & decreuerunt illi ſumma prudentia patres, teſtamentum nullum: & citat ad hoc Alex. conſil.76. ponderatis his.num.15.verſ.ſuper quarto. & num.16. lib. 3. vbi Alex. concludit non valere ſimilem diſpoſitionem ad pias cauſas ſine teſtibus factam, allegat. §. ſi tamē vxori.
in

in Auth. de teſtam. imperf. in ver. libertates, vbi quoad libertates, apertiſsimè requiruntur ſaltem duo teſtes; & libertas eſt quoque pia cauſa; licet quoad liberos aliud dicendum, quam etiam opinionem tenet, & poſt Socin. communem ait Clar. in §. teſtam. q.7. num.2. & eam poſt multos latè defendit Mant. lib. 8. tit.3. nume. 9. 10.11. & ſi de deciſ. Putei nullam mentionem faciat Hiero. Laur. deciſ. Auinio. 87. num.11. & eam quoq; quæſtionem per Puteum deciſam, & per Mant. pertractatam latius examinat Aluar. Valaſ. nulla de prædictis Doctorib. facta mentione. conſult. 67. num.1. verſ. cæterum contrariam. num.2. & trib. ſequent. vbi per multa fundamenta iſtam defendit, & ſi ex aliquibus coniecturis propria cauſa inde inclinet, tamen num. 5. illam negatiuam magis communem ex Soci. teſtatur. & licet Graſſ. & allegati per eum. §. teſtam. q.19. num.3. & Petr. Dominic. Magdal. de nume. teſt. par.2. num.7. cap. 3. contrariam teneant, imò talem ſcripturam ſine teſtibus valere in pia cauſa, malè tamen per prædicta, vt ita ego de iure teneo per Auctoritatem Zabar. Soci. Clari, Manti. & Rotæ Roma. in pia cauſa: præſertim quando pro opinione Rotæ Romanæ ſtat comm. opi. Doct. vt per Syl, Nupia. de eius auctoritate ita loquentem lib.5. nu. 62. quomodo iudican. Achil. Pedroca. conſ.17. num.115. & ſecundum Mar. Ant. Eugen. conſ. 59. num. 1. nefas videtur Rotæ Romanæ determinationi non acquieſcere.

89 Quadrageſimo ſecundò, illa deciſio † Putei, Mant. & aliorum contra piam cauſam, iuuatur auctoritate Cardin. Zaberell. conſil. 73. puto de iure. num 2. vbi tenet apertè teſtamentum etiam tempore peſtis conditum ſcriptum à quodam Religioſo Priore Sancti Chriſtophori, cum vno teſte, non valere, etiam in terris Eccleſię, quia ſcriptura talis non probat, niſi authentica ſit, & per publicã perſonam, hoc eſt Notarium recepta; aut ſigillum habeat authenticum. cap.2. de fid. inſtr. & contrarium, quod ei ſtetur, nullo iure caueri. Ergo talis ſcriptura omninò inefficax, & nil probat, cum ſit priuata ſcriptura, non publica; ad quod nemo animaduertit: Et quamuis non loquatur in pia cauſa, tamen loquitur in caſu etiam priuilegiato tempore peſtis, & in terris Eccleſiæ: & licet Religioſus ille Leonardus, poſſet fungi vice vnius teſtis, & cum altero duo: nihil faciunt.

90 Ergo † ex illa clara tanti viri deciſione, colligitur apertè fauorẽ piæ cauſæ minorem eſſe fauore filiorum, cum fauore filiorum talis diſpoſitio ſine teſtibus valeat; in pia cauſa non, quod apertè teſtantur, & comprobant alij Clar. in §. teſtamentum. q.7. nu.2. circa medium.

medium. Aluar. Valaſc. qui alios citat d. conſult. 67. Quidam diſpoſuit. num. 6. Alex. Raud. varia. reſolut. lib. 1. c. 1. nu. 39. Mant. lib. 6. tit. 3. num. 11. multa ad hoc ſcribens Tiraqu. de priuil. piæ cauſ. priuil. 16. num. 2. & ad l. ſi vnquam. C. de reuocan. dona. in ver. libertis. num. 7 Rimin. iun. in addi. ad conſ. Rimin. ſenio. 131. ſub num. 16. Petr. Beluga in Specu. princip. rub. 17. in ver. videamus. num. 42. vbi Camill. Borrel. in additio. Curt. iun. latè conſ. 35. nu. 7. excepta tamen legitima loquens. Petr. Domin. Magalen. de nume. teſtium. cap. 16. num. 232. ad finem poſt Zant. vbi ſup. num. 594. & Magdalen. ibidem lib. 1. c. 12. nu. 25. latè probans poſt multos cauſam filiorum fauorabiliorem indiſtinctè, & ſi nu. 23. & li. 2. c. 3. nu. 46. excepta legitime loquens. Quam Rotę deciſionem ſi vidiſſent, propter auctoritatem Romanæ Curiæ, in ea opinione communi, & vera fixiſſent firmiſsimè pedes. Petr. Beluga. ibid. n. 35. 36. & Camil. Borrel. in additio. in lit. e. Ferdin. Vaſq. de teſtator. poten. §. 22. num. 6. Valaſc. d. conſult. 67. & quotquot alij contrariam opinionem tenents; quia illa opinio nullum habet reale fundamentum, vt alia contra piam cauſam, validas rationes, & fundamenta à Mant. & Valaſ. adducta tanto minus hic ſuſtineri poteſt, deficiente deliberata voluntate, diſpoſitionis perfectione, & ſincera, ac legitima probatione, ſuſpenſa pendente illa voluntate, dum multa à moribundo addi potuiſſent, ſi verè articulatè locutus, vt ſupra tetigi, quæ omnia in caſu, contrarium tenentium non deficiunt.

91 Quadrageſimo tertiò, & † ſic ſi in teſtamento inter liberos, ſine ſcriptis facto, requiruntur ſaltem teſtes duo. Clar. §. teſtam. q. 8. nu. 2. vbi communem ait. Graſſ. poſt alios in §. teſtamentum. q. 11. num 4. & ſeq. Hortenſ. Caualca. de numero teſtium. p. 2. num. 61.
92 & alij Doct. paſsim, communem quoq; teſtantes: † Maior proculdubio ex præmiſsis requiritur ſolemnitas in pia cauſa, non ita priuilegiata, vt illi teſtes ſine ſuſpicione, ſine labe, & integri ſint: non claudicantes, non varij, neque contrarij; præter tot alios defectus ſupra hoc caſu enumeratos. Quia cum maiori ſcrupulo, & pondere in pia cauſa procedendum, vt plurimum captata, & ſuſpecta, à moribundo extorta, ſub prætextu ſalutis, & colore fauoris animæ, cui de iure ab inteſtato nihil debetur; & læduntur tali caſu ab iſta promouentibus, proximiorum ſuccedentium iura; ob aliquam fortè latentem cum ſucceſſoribus ſimultatem; non vt principaliter iuuent piam cauſam; ſed vt magis noceant ab inteſtato ſucceſſuris, eos ita artificioſè ſpoliando, & aliquid pro ipſis per indirectum quandoque capiendo, vt hic. Secus iſta in filijs, & alijs pro-

Digitized by Google

proximioribus, quibus paterna hæreditas omni iure, & ab inteſtato debita. l. in ſuis. de lib. & poſth. l. cum ratio. de bon. damnat. Petr. Beluga vbi ſupra nu. 42. rectè Valaſ. vbi ſup. nu. 6. circa finē. Mant. d. lib. 6. tit. 3. num. 10. 11. cum vulgarib. ob id non mirum ſi qualis qualis declarata voluntas in diſpoſitione inter liberos ſufficiat; in pia cauſa ſecus. & ſi quoad legata pia idem, quod in liberis ſentiat D. Præſ. Morot. reſp. 6. nu. 15. poſt medium.

93 Quadrageſimo quartò, ex his † ideo apertiſsimè infertur, huiuſmodi teſtamenta ad pias cauſas non ita facilè valere, & ſuſtineri, ſi coram duobus teſtibus tantum facta ſint, ſine Notario: Quia imò tex. in c. cum eſſes. de teſtam. requirit copulatiuè præſentiam Curati, ſiue Presbyteri, & teſtium, & ſecundum illud debet intelligi. c. relatum, vt ita innuit M. Ant. Eugen. conſ. 25. num. 2. 3. Boer. deciſ. 93. num. 2. & ſi præualuiſſe videatur Speculato. doctrina de inſtrumen. editio. §. compendioſè num. 11. docentis per ius canonicum duos teſtes cum Presbytero ſufficere in teſtamentis communibus, etiam non ad pias cauſas. d. c. cum eſſes. Si verò fuerint ad pias cauſas, duos tantum teſtes ſufficere ſine Presbytero per c. relatum. de quo Aluar. Valaſ. conſulta. 74. quidam Clericus. nu. 4. & ſeq. quod tamen de teſtamentis ad non pias cauſas, tantum recipiendum in terris Eccleſiæ, vt per Valaſ. ibidem nume. 7. 8. de qua re plura Petr. Dominic. Magd. de num. teſt. par. 2. cap. 6. per totum. Et etiam in d. c. relatū. quod ſint legitimi, idonei, & requiſiti hoc eſt rogati. Abb. num. 3. vbi adden. ad eum ita firmant: & alij relati à Graſſo d. q. 18. num. 5. & ſi communiter contrarium concludant Doct. contra tex. apertum Maſcar. concluſ. 1355. nu. 3. vbi communem ait, & Graſſ. quoque communem dicit §. teſtam. q. 18. num. 5. Farinac. vidend. q. 62. num. 152. 153. Hortenſ. Caualc. de teſtib. p. 2. num. 70. tamen credo communem de rogitu non neceſſariò reſtringendam, & locum tantum habere in teſtamento, in quo ſeptem teſtes adfuerunt, non minor numerus, quia tunc vbi duo, vel tres tantum teſtes interfuerunt, rogitus neceſſarius d. c. relatum inconuincibiliter. Ex quibus quidem omnibus in hoc fundamento adductis, patet apertè, & corrolariè, non valere diſpoſitionem etiam ad pias cauſas, niſi certa, deliberata, aperta, & clariſſimè probata, teſtibusq; idoneis munita tali diſpoſitione.

Quadrageſimo quintò, Et quadrat multum ad hoc propoſitū,
94 præter iam dicta, quod tradit Mant. lib. 2. tit. 11. num. 14. † vbi rationem affert quare rogitus teſtium in teſtamento requiratur, eam præcipuam: vt appareat verba à teſtatore proferri animo teſtandi deliberato, non autem ex ioco, vel blandiendo, & perfunctoriè.

l.diuus de teſtam.milit. ſeqr̃ Farinac.de teſtib.q.62. limit. 7. ſublimit.7.n.136.& verè multũ illa ratio quadrat,q̃a rogati quodammodo obligant̃ attentè,& accuratè audire q̃d agat̃. Ergo tanto magis hic vbi ſoli teſtes ſine Notario adſuerũt in tã ſerioſo negocio,non rogati,debebãt attentas aures præbere,nõ ita fluctuando vacillare.

95 Quadrageſimo ſextò,elicitur † itaque clarè ſimili caſu, in cauſa præſertim arduaquinque teſtes neceſſarios, & idoneos,vt tradidit prudenter Caualca. vbi ſup. nu. 60. Imò ſecundum Alcia. & alios dictorum Canonum diſpoſitio tantum ſeruanda eſſet in foro conſcientiæ,non iudiciali,vt tradidit Ferrer. in addit. ad deciſ. Guid. Pap. 543. in noua addit. incipien. Certum eſt.

96 Quadrageſimo ſeptimò † pia cauſa hęres inſtituta,non detrahit falc. neque treb. ll. in legatis ad pias cauſas; ratio quia non reperitur in hoc priuilegiata; & nullo ſpeciali iure id cauetur, & eſt communis,vt teſtatur Borgn. Caualc. deciſ.30.nu.36.p.1. Horten. Caualc. de brachio Regio par. 6.num. 559. & vna pia cauſa, non vtitur priuilegio contra aliam piam cauſam, vt poſt Angel. & alios tradit Rimin. ſen. conſ. 131. nu. 15. 16. Ergo maturo cum
97 iudicio, & pede plumbeo in his progrediendum. Ex † quibus admirari non deſino, contrarium eius, quod Put. tradidit inueniri etiam deciſum pro pia cauſa per eandem Rot.Romanam in nouiſs. impreſs. par. 2. deci. 74. Ambroſius de Mazzochis, nu. 12. & ſeq. ſcribens, & aliàs approbatam etiam hanc opinionem anno 1548. 15. Maij, vbi communiorem auctor appellat;& nu.17. communem: & nu. 20. reprobatur communis opinio, quod magis faueatur liberis, quam piæ cauſæ. Tamen illa deciſio, & allegata ibidem, minus me mouent, tum quia contraria opinio contra piam cauſam, quam mox defendi, magis communis ex Put. Valaſ. & Mant. quos ille auctor non allegat, & validioribus rationibus fulcita: Quam Put. deciſion. contrariam ſi prę manibus habuiſſent, & ponderaſſent ſummi illi iuſtitię vertices, & conſ. Zabare. iam allegatum; ita fortè non decidiſſent, ſed anteriori determinationi per Put. relatæ detuliſſent: ne obſtaret illis l.1. C. ſenten. reſcin. non poſſe. & l.1. quan.prouoca. non eſt nece. eo. & vbique glo. & Doc. latè poſt multos Horten. Caualc. de brach. Reg.par.4.n.287.non valere ſententiam contra aliam ſententiam:
98 † atque illud vulgatum, Rota rotat, vt ad rem D. Præſ. Theſ. in proem. deci. Pedem. nu. 32. ad finem, & nu. 33. & latius P. Domin. Magdal. vbi ſup. p. 2. cap. 5. nu. 21. ad finem, & nu. 22. vbi contrarias deciſiones Rotæ recenſet.

Qua-

Digitized by Google

Quadrageſimo octauò teſtium ex aduerſo examinatorum pugna, & enunciata teſtatoris voluntas, repugnant apertè omni ve-
99 riſimilitudini, † quæ eſt quædam veræ falſitatis imago, vt paſſim tradunt Doct. infra citati; Quia non eſt veriſimile, quod ſi verè Laborante bona ſua pauperibus reliquiſſet, toties id repetijſſet in omnibus illis tribus temporibus, dum in terra iacebat; dum in itinere ſaucius ferebatur; & dum in lecto proſtratus, vbi inde mortuus. Quia cum ſemel ſat ſit dicere, Titius hæres eſto; Sempronium hæredem facio: bona mea pauperibus relinquo: Quæ voluntas valida. l. ſi ita ſcriptum. l. his verbis. de hæred. inſt. l. diuus. de teſtam. milit. Quorſum tot geminationes, niſi ſuſpectiſsimè? Toties id repetendo, neceſſariò concludendum eſt, vel talem diſpoſitionem importunè, inuoluntariè, & artificioſè extortam à nolente diſponere: & cum vt ſe à tot vexationibus liberaret, inde reſpondiſſe, *laſcio il mio à poueri*. Vel diſpoſitionem primo, & ſecundo tempore non fuiſſe à teſtibus clarè, intelligibilitèr, & perfectè exauditam; adeò vt noua verborum prolatione opus eſſet, & apertiori diſpoſitione: Modo ſic, ſi diſpoſitio primo, & ſecundo tempore prolata, non fuit clara, bene intellecta, & non valuit; tanto minus, & à fortiori debet valere vltima, magis morti proxima, quo tempore veriſimilius certè, deficientibus ſenſibus, & vitali ſpiritu, erat animam efflaturus. ob id cum iſta repugnent veriſimilitudini, non attendenda, nec teſtibus vllatenus credendum. Bart. Caſtr. & Doct. ad l. Lucius de his qui not. inf. Crau. conſ. 75. num. 22. Curt. iun. in caſu teſtam. conſi. 178. Sacratiſsimæ Trinitatis num. 1. 2. 3. & ſeq. latiſsimè de his teſtibus Achil. Pedro. conſ. 17. & num. 81. quod magis creditur teſtibus rei, quam actoris. Gram. voto 15. num. 8. 9. Gabr. de teſtib. concluſ. 4. num. 43. Maſcar. latiſsimè poſt multo-
100 rum congeriem concluſ. 1365. in ver. teſtis. vbi num. 9. † tradit hoc caſu debere teſtes eſſe omni exceptione maiores, quando deponunt ſuper non veriſimili. & copioſius alijs Farinac. de teſtib. q. 65. p. 3. n. 128. 129. & ſeq. vbi num. 128. hoc pro regula ponit. & nu. 129. vbi teſtium depoſitiones adminiculatæ alijs coniecturis, & præſumptionibus magis probant, & num. 130. vbi veriſimiliora deponentibus magis creditur, etiam quod minores numero ſint. Achil. Pedroc. num. 99. & alia ibi plura per Farinac.
101 Imò Iudex † poteſt credere teſtibus etiam non idoneis, quando veriſimilia deponunt Rota Roma. in nouiſs. impreſsio. deci. 73. num. 3. par. 1.

Quadrageſimo nonò, Quoad teſtes de auditu, & fama, fuiſſe à Laborante inſtitutos pauperes, non inſiſto, quia ſi non valet
102 principalis diſpoſitio, nec iſta falſa fama diſſeminata, † quia vt plurimum fallax. l. fi. de hęred. inſt. cum vulgarib. Farin. q. 47. n. 1. 2. 7. & fuſiſsimè per totam. Quæ fama in caſu noſtro, non tantum
103 falax, ſed apertè falſa. Et † non creditur teſtibus, quorum reprobantur, & repelluntur auctores. c. fraternitatis. de hæret. Crau. conſ. 112. num. 13. Fulu. Pacia. de prob lib. 1. c. 9. num. 24. & num. 37. 38. regulariter non credi teſtibus de auditu.
104 Quinquageſimò, nec faciunt † teſtes, qui videntur adminiculari diſpoſitionem in piam cauſam, quod alias dixerit ſe velle relinquere bona ſua pauperibus, vt in terminis Dec. dicto conſ. 159. num. 1. per l. Pamphilo. §. propoſitum. de leg. 3. de quo Fulu. Pacia. de probat. lib. 1. cap. 9. num. 31. 32. & ſeq. de teſtib. de auditu adminiculatiuis. & ad rem Achil. Pedroc. conſ. 2. num. 110. 111. 125. quod per teſtes ſingulares comprobatur voluntas teſtatoris. & vt in pleniſsimo ſimili caſu Decij conſuluit Sfort. Oddus conſ. 64. Quidam Anſelmus. num. 33. 34. & ſeq. num. 49. 50. vbi pro Hoſpitali, & pia cauſa multa cumulauit, ſed nil contra nos. Manti. de coni ect. lib. 4. tit. 4. num. 3. 10. & li. 12. titu. 16. latè Sim. de Pret. de interp. vlti. volun. lib. 2. dub. 2. ſolu. 3. num. 31. 32. Quia præter quod ſunt ſingulares, & ſuſpecti, quia de adminiſtratoribus buſſolę, & tamquam in cauſa propria teſtantes, ſunt etiam inter ſe varij, & diſcordes, quia alij repetunt de pauperibus, alij de Dom. Comite Maſini. Et legatum factum pauperibus, debet intelligi de pauperibus loci teſtantis. cap. ſi pater. de teſtam. in 6. Alex. conſi. 105. num. 2. vol. 1. Burſat. dicto conſil. 226. lib. 3. num. 91. vt ſupra tetigi, & ita putabant teſtes, apertè tam falſa, tanta animoſitate dicentes. omnes ferè de loco Porteconar.

Et breuiter, iſtis omnibus ſatisfacit Dec. dicto conſ. 159. num. 7. 8. quod non probent, cum deponant de actu ſuſpenſiuo, & imperfecta voluntate; quæ verba quandoque ad oſtentationem, quandoque per iocum, vel alia de cauſa, ſine certa, & firma de-
105 terminatione emittuntur. l. diuus. de milit. teſt. & † multa ſæpe dicuntur, & proponuntur, quę non fiunt, vt idem Dec. ibidem
106 num. 6. circa finem tradit, & latius † reaſſumit, & omnibus ſatisfacit Sfor. Odd. dicto conſ. 64. qui conſuluit pro Hoſpitali Sanctæ Mariæ Nouæ de Florentia; præſertim num. 2. 3. 13. 14. 25. 26. & vſque ad num. 32. incluſiuè, vbi alios etiam citat. & ſi

num. 33.

num. 33. & ſeq. contrarium defendere conetur; ſed fruſtra, vt ipſe in fine fatetur, non reperto teſtamento ab illo Anſelmo enunciato, præter quod ibi apertiſsimè per plures teſtes conſtabat de certa, enixa, firma, & abſoluta eius voluntate, toties coram teſtibus interrogantibus repetita, & geminata, vt per eum num. 56. 57. 59. 60. 61. 62. 80. & num. 66. verſ. in primis. & nu. 67. quod probant talia verba enunciatiua in diſpoſitione de preterito, ſecus ſi reſpiciant tempus futurum, vt hic poſt Pau. de Caſt. conſ. 177. lib. 2. num. 2. & temporis interuallum ſuſpenſiuum. num. 69. 77. poſt Dec. & plus attenditur voluntas, quam verborum conceptio. Borgn. Caualc. deciſ. 21. num. 34. par. 1. Hortenſ. Caualc. de num. teſtium. par. 2. num. 171. Burſat. dicto conſ. 226. num. 69.

107 Quinquageſimo primò, Item cum priuilegiatus † contra pariter priuilegiatum, non vtatur priuilegio. Doct. in l. aſsiduis. C. qui po tio. l. verum. §. item quæritur. de minorib. Decia. reſp. 102. num. 2. 3. lib. 3. Achil. Pedro. conſ. 14. num. 7. & conſ. 35. num. 25. Borgn. Caualc. deci. 30. num. 17. 18. & ſeq. par. 1. Dominic. Magdalen. de nume. teſt. par. 2. c. 3. num. 50. Hortenſ. Caualc. de Brach. Reg. par. 6. num. 553. poſt plures, quod tali caſu priuilegia confunduntur, ſintque Reu. conuenti tanquam Eccleſiaſtici pariter priuilegiati, & non poſsint pauperes vti priuilegio; ergo priuilegiata probatione vti non poſſunt, & ſic teſtimonio duorum, vel trium teſtium imperfectorum, ſed ad minus quinque, in tam graui, magna, & periculoſa cauſa, vt Hortenſ. Caualc. tradidit. Quia ſi de tota hæreditate agatur, quæ excedit ſummam trium mille ſcutorum, quorum bonorum pretium valde inde auctum; verè ardua dicitur, quia non de maiori parte bonorum, ſed de omnibus bonis agitur: ſi verò de parte tantum dimidia pro legitima, & trebellianica: cum altera dimidia ad Io. Baptiſtam fratrem virtute ſubſtitutionis, & teſtamenti paterni anni 1575. die 15. Aprilis conditi, pertineat; adhuc etiam ardua, quia cum altera dimidia à teſtatore peruenta ad filios: mobilia, fructus, & acquiſitiones inde per Io. Iacobum factæ, etiam deberentur, verè poſſet dici agi de maiori parte

108 bonorum, vt Doct. conſiderant † Grauem demum, & arduam cauſam Doc. metiuntur ex pluribus in caſu noſtro concurrentibus. l. propter litem. de excuſ. tutor. §. Item propter litem. Inſti. eod. de excuſat. tutor. Menoc. de arbitr. caſu 72. & caſu 105. vbi plures citat. Doc. ad authen. præterea. C. vnde vir. &

Digitized by Google

vx. ad l. admonendi de iureiu. vbi Iaſ. in repet. nu. 272. concludentes arbitrio Iudicis relinqui. & cum hæc ſit cauſa totius hæreditatis, dicitur magna, & maxima, vt tradit Sim. de Pret. de interpret. vlt. volun. lib. 2. dubit. 1. ſol. 4. num. 11. ad finem fol. 137.

109 Quinquageſimo ſecundò, Nec etiam † mouet, quod talis allegata diſpoſitio ſuſtineri poſſit tamquam nutu facta, fauore piæ cauſæ, cum non tantum legata, ſed etiam hęredis inſtitutio eius fauore valeat, vt per Mantic. qui plures citat lib. 4. tit. 4. num. 8. vbi Aretin. & Corn. de communi teſtantes allegat; & communiorem ex alijs dicit Mich. Graſſ. in §. Inſtitutio. q. 17. num. 4. Magdal. de num. teſt. par. 1. c. 16. num. 208. & par. 2. cap. 3. num. 10. & ſeq. Polydor. Ripa de actis in mort. artic. cap. 67. num. 11. Tamen in facto dici non poteſt Laborante nutu diſpoſuiſſe; ſed imò omnes volunt, clara voce, & repetita, illa verba protuliſſe: *laſcio il mio à poueri*, vt abundè ſupra iam dictum. Item quatenus hæc opinio poſſet ſuſtineri, quæ tamquam dura mihi ex tot iam allegatis, non placet, vt maior ſit cauſa, & fauor piæ cauſæ, quam filiorum contra pręceptum D. Auguſtini, & tex. in authen. de teſtam. imperfec. §. 1. quod non valeat inſtitutio filiorum nutu facta. Magdal. latè poſt plures. dicto lib. 1. cap. 16. num. 205. quia agitur de ſumma ſummarum, vt per eum num. 207. & ca. 15. num. 8. & Polyd. Rip. dicto cap. 67. num. 7. totque alij plures contrarium etiam tenuerint, quos longa ſerie commemorat Mant. vbi ſup. num. 9. & contrarium etiam tenuit fundamentaliter Petr. Beluga in Spec. Princ. rub. 17. verſ. videamus num. 42. vbi Camil. Borrel. in add. plures alios huius contrariæ opinionis citat, & Polyd. Rip. dicto cap. 67. num. 11. Quidquid etiam ſit, id alijs multis modis limitant, ſi aliundè teſtator articulatè loquebatur, vt per Mant. & Borrel. Item ſi ſigna certa, & efficacia fuerint, vt per eundē Borrel. poſt Abb. Item nutus certus, & dilucidus, vt per Graſſ. ibidem num. 4. ad finem: que in caſu noſtro nullatenus probata. Item ſi in mortis articulo, & paulò poſt moriatur non valet inſtitutio. Ripa num. 19. 22. 23. 24. & cap. 73. num. 2. 3. & ſeq.

Quinquageſimo tertiò, quamuis premiſſa omnia fundamenta in iure ſolidiſsima, rem hanc in tuto ponere videantur, & nullum
110 ius omninò pauperibus competere dignoſcatur; † tamen transactio inde ſecuta, cum conſenſu, præſentia, & auctoritate Reuerendiſſimi Epiſcopi Aſtenſis, qua pro ſcut. 155. omnibus iuribus, & preten-

& pretenſionibus quoquo modo pauperibus competentibus renunciatùm fuit liti, & inſtantiæ, & pecuniam conſecuti, nulla dubitatio ſupereſſe videtur, quin contra pauperes, omni iure deſtitutos, & pro R. R. Monacis Carthuſienſibus bonorum poſſeſſoribus, & conuentis ſit pronunciandum per l. tranſactionem. C. de tranſact. vbi Doct. & ad rem noſtram faciunt conſ. Menoc. 508. num. 32. & conſ. 663. num. 24. cum illius preſentia purget metum, dolum, & omnem, que excogitari poſsit lęſionem, vt ibidem per Doct. Alb. conſ. 11. num. 10. 11. 12. optimè ad rem
111 Gram. dec. 66. num. 64. 65. 66. eo magis cum † Epiſcopus ſit piorum relictorum executor. Magdal. vbi ſup. par. 2. cap. 6. nu. 6. 7. Borgn. Caualc. deci. 26. num. 21. par. 3. ac etiam ſit Apoſt. Sedis Delegatus, & piarum diſpoſitionum executor, vt per Concil. Trid. ſeſſ. 22. cap. 8. De reformat. quem non eſt cogitandum conſenſum ſuum præſtitiſſe, niſi iuſtiſsima de cauſa Maſcar. latè concl. 488. per totam, & num. 2. de Eccleſia loquens in ver. Decretum. Farinac. conſ. 42. num. 3. 19. & alibi Doc. & cum nihil ad pauperes, ſiue hoſpitale pertineat, nil ex hęreditate ab eis poſſeſsum, nec clarè vllo modo pro eis declaratum, nulla læſio cogitari poteſt, de qua in l. 2. vbi Cagn. & Doct. C. de reſcin. vend. Quæ etiam lęſio quamuis allegari poſſet adeſſe enormiſſima (quod expreſsè negatur) reſcindi tamen tranſactio non poſſet, niſi prius reſtitutis acceptis; quod hic non fuit; vt deciſum refert Rota Rom. in nouiſs. impreſsio. deci. 440. par. 1. num. 1. Affl. dec. 220. num. 4. Gramm. dicta deci. 66. num. 66. Maſc. de proba. concl. 1388. num. 14. 15. 17. nec vllus dubius litis euentus per Cagn. ibi num. 80. quia nec res, nec vllum pretium hoc
112 caſu adfuit. † lęſio autem non poſſet conſiderari hoc caſu tam magna, & enormiſsima, vt Doct. loquuntur: quia ex teſtamento Bartholomęi Laborante patris ambo filij, Io. Baptiſta, & Io. Iacobus inſtituti, & ſubſtituti, altero decedente ſine filijs, & ſic compendioſè vt ſupra ergo Io. Baptiſta capiet dimidiam virtute ſubſtitutionis, altera dimidia relicta pro Io. Iacobi fratris legitima, & trebellian. cum acquiſitionibus ab eo factis, in qua dimidia ſola læſio metienda. Eo magis cum in tranſactione locum habere non debat remedium dictę l. 2. C. de reſcind. vend. vt ibid. latè per Cagn. num. 70. & 73. Achil. Pedroch. conſil. 37. num. 48. 49. Affl. optimè dec. 220. in cauſa. num. 3. vbi comunem, & ita iudicatum refert Gram. dicta dec. 66. num. 66. poſt prin. vbi communem ait latiſs. Gabr. vbi magis communem teſtatur lib.

3. de emptio. & vendit. concl. 1. num. 68. Rota Rom. in nouiſs. impreſs. dec. 732. par. 1. num. 2. poſt multos diſtinguens vtrum exceſſus ſit magnus, vel non: & Decian. reſp. 56. lib. 4. num. 66. communiorem poſt plures oſtendit, non habere locum remedium dictæ l. 2. & reſp. 83. num. 54. lib. 5. & ſi contrariam magis communem oſtendere Cagn. conetur. num. 80. nil tamen ad rem noſtram; cum certum ius pauperibus minimè competeret, vbi incertum, & dubium litis euentum metiri poſſemus. Cagn. num. 80. & propter incertum litis euentum, nec Eccleſia poteſt dici læſa Achil. Pedroc. poſt alios conſil. 35. num. 114. tanto magis, ſtante præſentia, conſenſu, & auctoritate Reuerendiſs. Epiſcopi, omnia comprobatis vt ſupra, tamquam decretum interponentis; quo caſu ceſſat remedium. l. 2. vt ex pluribus communem ait Gabriel. de emptio. & vendi. conclu. 1. num. 57. limi. 3. Ac vbi cum Eccleſiaſticis facta tranſactio, & elapſum tempus, nullatenus infringenda, ſed imo tenaciter ſeruāda, vt poſt Curt. & alios tradidit Decia. li. 3. reſp. 28. num. 11. 12. alias nullus eſſet litium finis. vt per eum valdè ad rem. & ex pluribus alijs idem comprobat fuſiſsime idem Decia. reſp. 56. li. 4. num. 27. 28. vſque ad finem. & num. 29. loquitur etiam de tranſactione cum Eccleſia facta, quæ ſuſtineri omninò debet, & non infringi. Tanto magis, & à fortiori hęc omnia irretractabiliter compro-
113 bantur † ſecuta approbatione, geminato conſenſu, & calore iudicij, vbi omnia admiſſa, refricata, & conſolidata. l. baliſta ad treb. ita Rol. dicto conſil. 15. num. 47. poſt principiū ad rem. cap. quod ſemel de reg. iur. vbi Dyn. num. 3. & latè adden. ad eum. & num. 10. Affl. ad rem dicta dec. 220. per tot. & num. fina. tradit ratificationem tollere allegationem nullitatis, & ita pronunciatum: ſequitur D. Ozaſ. dec. 142. num. 8. Maſc. conclu. 1256. num. 36. 37. 43. in ver. ratificatio. Atque muniuntur inſuper iſta ratione l. 4. §. final. de fideiuſſori. tutor. de calore iudicij, de quo Menoch. lib. 2. preſumptio. cap. 62. Maſcar. concluſ. 348. num. 3. & ſequen. in ver. confeſsio facta in iudicio &c. Carau. ad rit. mag. Cur. 159. num. 3. & alibi Doc.

Quinquageſimo quarto, & in caſu noſtro res apertiſsima,
114 quia hic fuit ſola repudiatio † iuris nondum quęſiti, non incorporati, neque poſſeſsi, ſed tantum in ſpe competituri, & iura Buſſolę dubia, ſuſpecta, & incerta: & ſic cum non dicatur alienatio, valet, pleniſsimè, & efficaciſsimè iſta tranſactio, vt in fortioribus terminis copiosè conſuluit Rol. à Val. conſ. 15.

lib. 1. num.

Digitized by Google

lib. 1. num. 23. 24. & ſeq. iura, & auctoritates ex profeſſo plurium congerens. & poſt eum Burſ. conſ. 55. num. 21. 22. & alijs: vbi etiam Burſat. num. 22 poſt plures de communi teſtantes, tradit nec requiri auctoritatem Superioris, ſed capituli tantum; ergo hic auctoritas ſola adminiſtratorum ſufficeret, etim ſine conſenſu, & auctoritate Epiſcopi. & ſic fortius vbi Epiſcopus auctoritatem, & conſenſum interpoſuit, & preſtitit. & itareperio quoque deciſum per Rot. Rom. in nouiſsimis impreſſionibus dec. 284. par. 3. num. 8. 9. potuiſſe à Prelato repudiari legatum Eccleſię relictum, per tradita à Iaſo. & alijs in l. legatum de lega. 1. & alia ſimilia. Demum iudicandum in dubio tranſactionem valere. Decia. dicto reſp. 83. li. 5. num. 60. poſt Crauc. & alios.

115 Quinquageſ. quintò huic concluſioni non obſtat deci.† Ioſeph. Ludo. Pertuſi. 93. vbi latè concludit adminiſtratores Societa. Corporis Chriſti, non potuiſſe media pecuniarum ſumma, remittere donationem inter viuos factam eidem Societati à Tiſea donatrice, quia non ſeruatę ſolemnitates in alienatione rei Eccleſiaſticę à iure requiſitę: de qua materia fuſiſsimè Alex. Raud. conſ. 17. lib. 1. per 10. partes diuiſo: quia ibi per donationem veram, & certam, de cuius validitate non dubitabatur, erat irreuocabiliter ius queſitum pio loco num. 1. 2. & ſeq. & num. 12. quod hic non fuit. & num. 14. quod erat proprijſſima alienatio: & ſic ſtante re hoc caſu clara contra piam cauſam, quod ei nullum ius queſitum, firma manet Rol. Burſ. & aliorum determinatio per Rom. Rotam approbata. De-
116† mum, & cum iſti religioſi R. R. Patres tractent de dam. vitan. cum habeant bona ex contractu oneroſo, & pauperes de lucro captando, contra piam cauſam pronunciandum. Tiraque. de priu. pię cau. priu. 26. num. 6. Borg. Cau. poſt alios. dec. 30. num. 37. cir. med. par. 1. & maior fauor, & cauſa conuentorum magis fauorabilis, vt ſupra, ergo pręferenda P. Dom. Mag. dicta par. 1. cap. 3. num. 78. Tanto magis cum pia cauſa actrix, Reu. Monaci conuenti. l. Arrianus. de act. & oblig. l. fauorabiliores. de reg. iur. Mant. ad rem. de coniect. lib. 12. tit. 17. num. 10. Hort. Caualc. latiſs. de num. teſt. p. 2. num. 180. 186. & alijs, & P. Domi. Magdalen. dicta par. 2. cap. 4. num. 12. 13. & contra tertium, qui cauſam immediatè non habuit cum aduerſarijs, clariores, & euidentiores probationes requiruntur

quiruntur

quiruntur iuxta Bart. doctrinam communiter approbatam ad l. 1. quan. ex fac. tuto. Dec. conſ. 38. ad finem. Maſc. conclu. 1220. num. 20.

Ex quibus oĩbus, tandem concludo in fauorem Adm. R. R. Monacorum Carthuſienſiũ eſſe pronunciandum, cum pro eis ſtent validiora, & firmiſsima in facto, & iure fundamenta: condemnatis adminiſtratoribus in omnibus expenſis, tamquam temerè ſopitam litem proſecutis, & litigantibus: ſaluo ſemper ſaniori iuditio rectius ſentientis.

Philippus Maria Roffredus.

Digitized by Google

RESPONSVM, SEV CONSVLTATIO PRO FILIABVS QVON. D. CAROLI DE MVRRIS, Ciuis Cunei, CONTRA Earum conſobrinos, in cauſa fideicommiſſi.

VBI AGITVR.

1 Stante fideicommiſſo, cum prohibitione de non alienando, fauore maſculorum; cum excluſione fœminarum, vtrum filiæ Caroli vltimo loco defuncti poſſint ſuccedere.

2 Vtrum fideicommiſſum extendatur ad omnia bona, tam Caſtrinoueti prohibita in ſpecie alienari, quam palatij Taurini, quod erat vendendum pro ſolutione æris alieni.

3 Vtrum palatio numquam vendito, nepotibus omnibus mortuis; poſſint filij maſculi Ruffini, & Hectoris pronepotes teſtatoris petere, vt vendatur, vel ſaltem æſtimatio precij pro virili eis debeatur, in ſtirpes vel in capita.

4 Vtrum caducata poſſit dici ſubſtitutio, præmortuis ante Carolum dictis Ruffino, & Hectore, vel tranſmiſſio ad eorum filios, nunc ſuperſtites dicatur facta de dicto fideicommiſſo.

5 Vtrum fideicommiſſum mortuo Carolo dicatur ſemper, & in perpetuum debere extendi ad alios maſculos de familia, præter nepotes in teſtamento vocatos, uel reſtrictum ad nepotes tantum.

6 Vtrum palatiũ Taurini, poſſit dici ſubrogatum loco bonorum Caſtrinoueti prohibitorum alienari, quæ à creditoribus capta.

7 Vtrum Carolus potuerit, non obſtante dicto fideicommiſſo, & prohibitione, diſponere de dicto palatio, & bonis, & transferre ad proprias filias, tanquam ſublato fideicommiſſo in eius perſonam extincto.

SVMMARIVM.

1 *Caſus iſte vbi à Doctori. quaſi deciſus.*

2 *Amicus Plato, amicus Socratus, ſed magis amica veritas.*

3 *Teſtatorum verba diligenter ſemper conſideranda, & ponderanda.*

4 Titulus

4 *Titulus Legati, diſertà Titulo inſtitutionis.*
5 *Legatarius non poteſt dici propria hæres.*
6 *Contradictio, & correctio debet euitari in teſtatoris mente.*
7 *Geminatio, enixam voluntatem oſtendit.*
8 *Quibus caſibus ceſſet abſoluta coniectura agnationis conſeruandæ. & num. 11.*
9 *Vna pars teſtamenti declaratur per aliam. etiam in teſtamento reuocato. num. 10.*
12 *Bona maiorum, & pretioſa fideicõmiſſo ſubiecta, non poſſunt alienari.*
13 *In habentibus Symbolum facilior tranſitus, vt hic ad caſum.*
14 *Prohibitio limitata, limitatum producit effectum.*
15 *Hæreditatis diffinitio que.*
16 *Hæreditatis appellatione non veniunt legata, & fideicõmiſſa, in extraneis, ſecus in filio teſtatoris.*
17 *Lex quando loquitur de hæreditate, non habet locum in legato, vel fideicõmiſſo particulari.*
18 *Clauſula teſtamenti, In omnibus autem ſuis bonis, &c. quid operetur.*
19 *Legata quando ſunt nulla, & inualida, acreſcunt hæredi, & ſubſtituto; & facta inutilia non attenduntur.*
20 *Verbum poteſt, intelligendum quandoq; pro debet, & verbum debet importat neceſſitatem, & num. 22.*
21 *Debet verbum regulariter importat neceſſitatem.*
23 *Teſtatoris mens mandantis æs alienum ſolui quid operetur.*
24 *Hæredes, & executores differentes ſoluere debita, & legata pia, peccant mortaliter.*
25 *Vendendi facultas data nominatim hæredi, alijs etiam ſubſtitutis denegata cenſetur, & num. 27.*
26 *Debita præſumuntur ſoluta de bonis hæredis, quando non apparet pecuniam in hæreditate repertam.*
28 *Tempus à teſtatore præfixum debet verificari, vt tranſmiſſio lucri tranſeat ad hæredes.*
29 *Non entis nulle qualitates.*
30 *Tranſmiſſio non datur in quantitate, & ſic pecunia.*
31 *Legatum conditionale non transmittitur, tamquam nundum nata obligatione, & actione. & num. 36.*
32 *Præſuppoſito non verificato, legatum non debetur.*
33 *Principis factum, caſui fortuito æquiparatur.*
34 *Res vitiatur quando venit ad caſum à quo incipere non poteſt.*
35 *Teſtatoris diſpoſitio ſemper intelligitur rebus ſic ſe habentibus.*
36 *Gerundium futuri temporis conditionem importat.*
37 *Legatum quando caducum, pro non ſcripto non debeatur.*

Digitized by Google

38 *Legatorum extinctio latè ,ſemper interpretanda.*
39 *Quæ pendent à futuro euentu , poſſunt eſſe , & non eſſe, non ſunt habenda in conſideratione .*
40 *Fideicomiſſarius excluditur ſi de eo non loquatur ſubſtitutio , vbi latè de hoc .*
41 *Negans ſubſtitutionem comprehendere tàlem caſum , habet fundatam intentionem & transfert onus probandi in aduerſarium .*
42 *Subſtitutio fit caduca mortuis ante grauatum fideicomiſſarijs .*
43 *Verbum alijs, eſt repetitiuum ſimilium , & eiuſdem qualitatis .*
44 *Omiſſi in ſubſtitutione, nullo modo comprehænſi cenſentur .*
45 *Teſtator ſubſtituendo vſque ad vltimum , in vltimo cenſetur claudere ſubſtitutionem .*
46 *Subſtitutio nominatim facta vni , non extenditur ad alias perſonas etiam ab eo deſcendentes .*
47 *Subſtitutio quando perſonam vocatorum non egrediatur : & quando alij excluſi .*
48 *Verbum delli ſuddeti , ſiue prædictis ; intelligitur tantum formaliter de nominatis; etiam non obſtante fauore agnationis .*
49 *Teſtator quando in ſubſtitutione vocat ſuperſtites, allij poſtea nati non comprehænduntur .*
50 *Quem non honoro, grauare non poſſum .*
51 *Fideicomiſſum redditur caducum, nec ad hæredes transmittitur, quando diſpoſitiuè , nec conditionaliter aliqui vocantur .*
52 *Filiorum appellatione in fideicomiſſis non veniunt nepotes in odioſis , & paſſiuè .*
53 *Nepotum appellatione in fideicomiſſis non veniunt pro nepotes. præſertim vbi extranei. num.54.*
55 *Nati , & concepti poſt mortem teſtatoris , regulariter non ſuccedunt in fideicõmiſſis .*
56 *Fratris appellatione in vltimis voluntatibus , non continentur nepotes ex fratribus .*
57 *Subſtitutio fit caduca mortuis ſubſtitutis ante grauatum .*
58 *Mors grauati cum eſt aſcripta fideicomiſſo , fideicomiſſum dicitur conditionale : & eſt communis .*
59 *fideicõmiſſum conditionale non tranſmittitur : & eſt communis, & cõmunior , & etiam in liberis deſcendentibus .*
60 *Tranſmiſſio fideicõmiſſi conditionalis, fit ſtantibus pluribus coniecturis, in deſcendentibus tamen ; vbi plures , & ampliatiuę. & vbi non reſtrictum .*
61 *Ratio adducta per Burſat. & alios ad excluſionem minus dilectorum .*
62 *Subſtitutionis primo gradu deficiente , corruunt aliæ ſequentes .*

63 *Agnationis*

63 *Agnationis fauor excluſio feminarum, & prohibitio de non alienando; procedunt in deſcendentibus, & ibi latius de ratione diuerſitatis inter deſcendentes, & tranſuerſales num. 64. & in caſibus expreſſis num. 66. 70.*

65 *Prohibitio alienationis quandoq; realis, quandoq; perſonalis.*

67 *Vltima derrogant prioribus.*

68 *Subſtitutio ſequens reſtringit, & limitat fideicom. ad nominatos.*

69 *Clauſula ſequens refertur ad precedentia.*

70 *Clauſula prohibitionis alienationis fauore agnationis, & excluſionis feminarum non extenditur niſi ad perſonas expreſsè vocatas num. 71.*

72 *Conditione mortis grauati pendente, non poſſunt ſubſtituti dici, & eſſe heredes.*

73 *Hereditatem non aditam extranei non tranſmittunt.*

74 *Subſtitutio que nundum competit, extra noſtra bona eſt.*

75 *Deſcendentes ab excluſo, non poſſunt admitti ex ſubſtitutione que iam expirauit.*

76 *Subſtituti conditione defecti, non tam dicuntur excludi, quam perinde haberi ac ſi numquam fuſſent ſubſtituti.*

77 *Conditio ſi deceſſerit ſine liberis, in alijs ſubſtitutis repetita non cenſetur. etiam in filijs teſtatoris num. 78.*

79 *Vbi in perſona vnius facta mentio de filijs filiorum, in alia non, tunc ceſſat diſpoſitio l. cum auus. Imò liberi in conditione poſiti non cenſentur vocati num. 80.*

80 *Liberi in conditione poſiti, non cenſentur vocati, tantominus ſi ſint extraneſi, & colaterales, & hec veriſſima, & omnium communis opinio num. 81.*

82 *Subſtitutio vltima debet potius regulari ſecundum precedentem ſubſtitutionem, quam inſtitutionem.*

83 *Filiorum appellatione an contineantur nepotes, quod ſic, & ſi aliter ſecundum comunem vſum loquendi. num. 84.*

85 *Nepotes, & pronepotes, non nati, neque concepti tempore teſtamenti, filiorum appellatione non continentur; & iſta opinio communis, & crebrior.*

86 *Nati poſt mortem, minus dilecti preſumuntur.*

87 *Amor longius progrediendo attenuatur.*

88 *Teſtator magis preſumitur dilexiſſe poſteritatem nominatim vocatorum, quam aliorum non nominatorum.*

89 *Dilectus magis preſumitur, qui in ſpecie, & nominatim; quam qui in genere fuit ſubſtitutus, & nomine collectiuo.*

90 *Subſtitutus niſi ſit inſtituti etiam heres, non poteſt fideicomiſſum pretendere, & tranſmittere. & videtur impugnaſſe iudicium defuncti*

non acce-

Digitized by Google

non acceptando bæreditatem hæredis inſtituti.

92 *Fideicõmiſſum ſi relinquatur aliquibus de familia, alij nõ admittuntur.*

93 *extenſio non fit in ſubſtitutionibus de vna perſona ad aliam & eſt communis.*

94 *Nouum non eſt quod vlteriores quandoq; ſint melioris conditionis, quã proximiores.*

95 *Fideicommiſſum agnationis etiam fauore expirat quãdo excedit quartum gradum.*

96 *Dictio ſemper in fideicommiſſis quouſq; operetur effectum ſuum.*

97 *Fideicommiſſum ſtante perpetuitate fauore deſcendentium, non poteſt alienari: ſecus in tranſuerſalibus, & fideicomiſſo reſtricto.*

98 *Filie grauati, poſt particulariter ſubſtitutos, tacitè cenſentur vocatæ. tantomagis pro ipſis maritandis. num. 99.*

100 *Authen. reſque C. comm. delegat. regulariter tantum locum habet in deſcendentibus teſtatoris, non tranſuerſalibus; & eſt communis; tantomagis in non natis, neque conceptis tempore teſtam. num. 101.*

102 *Diſpoſitio l. tale pactum §. fina. de pac. etiam in ſimili caſu habere debet locum.*

103 *Fauore agnationis quamuis ſubſtituti maſculi, & excluſe femine; non propterea omnes deſcendentes maſculos intelligitur teſtator ſubſtituiſſe, & feminas perpetuò excluſiſſe.*

104 *Fideicommiſſum extinguitur mortuo vltimo grauato: qui poteſt tunc de eo diſponere.*

105 *Dictio vſque ſtat excluſiuè.*

106 *Queſtio Bart. ad l. quamdiu la 3. de aquir. heredi. quomodo hic intelligenda.*

107 *Clauſula excluſionis feminarum & conſeruande agnationis, non cenſatur poſita ad extendendum fideicom. in pronepotes vt hic.*

108 *Prohibitio non extenditur quando limitata. nec de perſona ad perſonam, neque de gradu in gradum, quamuis poſita clauſula ſemper, & in perpetuum, num. 109.*

110 *Fideicom. limitatum de reali fit perſonale; & arctatur etiam per clauſulam ſi ſine liberis.*

111 *Agnatio dicitur tantum conſiderata in caſibus expreſſis.*

112 *Voluntas teſtatoris indiuidua.*

113 *Extincto fideicommiſſo, prohibitio tamquam acceſſoria etiam extinguitur.*

114 *In dubio ſemper facienda interpretatio, vt euitetur fideicommiſſum, tamquam odioſum.*

115 *In iudicando, illa tutior eſt via, que inheret teſtamento, & verbis in eo expreſſis.*

116 *Subrogatio*

Digitized by Google

116 *Subrogatio in fideicommiſſis quando locum habeat. & num.* 117.
118 *Erubeſcimus ſine lege loqui.*
119 *Fideicom. nullum, vbi in ſpecie non prohibetur res alienari.*
120 *Creditorum iura in fideicommiſſo non poſſunt impediri.*
121 *Fideicommiſſi reſtitutio, habet illam tacitam conditionem dummodo bona reſtituenda peruenerint ad grauatum.*
122 *In dubio iura magis fauent filiæ, vltimi grauati, quam maſculis pretendentibus illam excludere.*
123 *Conſil. æquit. Ruger. 25. li. 1. quomodo procedat.*
124 *L. tale pactum de pac. habet reſponſiones; & eſt argumentum fallax. num. 125.*
126 *Subſtitutorum iura formaliter petenda.*
127 *Extenſio non fit de vno caſu ad alium; de caſu contrauentionis ad caſum mortis.*
128 *Teſtamentum coram iudice factum, non eget teſtium numero.*

SPECIES FACTI.

ANno 1561. die 18. Decemb. Dominus Carolus de Murris nobilis, & Ciuis Cunei coram Iudice loci Iure conſulto pro tribunali ſedente, & decretum interponente, & octo teſtibus teſtatus fuit in hæc verba ad caſum pertinentia, ſic.

Item il detto teſtatore hà ordinato prohibito, & dechiarato, che neſſuna donna, ò uero femina del parentado, & caſata di eſſo teſtatore, ò d'altra qual ſi uoglia posſi hereditare; anzi queſto hà eſpresſamente prohibito, volendo che la preſente hereditá ſempre ſia transferita alli maſchij della detta parentella de Morri.

Item, con la ſopraſcritta conditione, cō prohibitione però, che niſſuno delli ſudetti posſi alienar, ne vender coſa alcuna delli detti beni di Caſtelnouetto.

Item il detto teſtatore vuole, che la caſa d'eſſo teſtatore, ò ſia palazzo, qual è nella Città di Torino, ſi posſi vender, & alienar per l'infraſcritto ſuo herede vniuerſale, à effetto, che ſi paghino tutti li debiti del detto teſtatore infraſcritti, & altri debiti ſe vi ſaranno. Enonciando, æs alienum ſiue debita, quæ aſcendunt ad ſcut. 1170. in qua ſumma, adeſt ſumma ſcut. 1100. auri ſolis debita D. Ioſepho de Murris pro permutatione ſecū facta de quadam grangia cum palatio prædicto Taurini: aliæ partitæ ſcutorum de florennis octo.

Di più

Digitized by Google

Di più vuole,& ordina il detto teſtatore,che vendendoſi il detto pallazzo di Torino,& pagati li ſopradetti debiti,& tutti altri, quali ſi ritrouerà hauere, che il reſtante delli dinari; ſi debbi poi metter à guadagno, e queſto per termine di quatro anni. Ancora vuole,& ordina il detto teſtatore,che M. Franceſco Morro ſuo herede vniuerſale infraſcritto,e M.Gio.Antonio ſuo fratello,e M.Gieſeppe Morro ſopranominati,ſiano preſenti,quando ſi metterãno detti dinari à guadagno, quali vuole ſi diano con buona, e ſufficiente ſicurtà.

Item vuole il detto teſtatore, che l'infraſcritto ſuo herede vniuerſale, M.Gio.Antonio, M.Aleſſandro,M.Carlo,Ruffino, Hettore,& Gaſpardo,fratelli di M. Franceſco vniuerſal herede del detto teſtatore,e figliuoli del fù M.Euſebio Morro, fratello d'eſſo teſtatore,& inſieme cõ tutti li ſudetti fratelli,M.Gioſeppe Morro, ouero li ſuoi figliuoli, & M.Antonio Morro, figliuolo del detto fu M. Ruffino,M.Lodouico,fratello del detto M.Antonio, & il detto figliuolo del fù M. Gullielmo Morro, & ogn'uno delli ſopraſcritti habbi,& debba hauer parte delli ſopraſcritti dinari, che ſi riceueranno per la vendita d'eſſo palazzo, cioè egualmente,tanto l'uno, come l'altro:di ſorte però, che li figliuoli delli ſopranominati, & quelli naſceranno,eſſendo morti loro padri,habbino ſolamente tãto d'eſsi dinari, quanto haurebbero hauuto loro padri viuendo, e non più.

In tutti gli altri ſuoi beni, &c. il detto teſtatore, inſtituiſce ſuo herede vniuerſale,il Nobile M.Frãceſco Morro,figliuolo del fù M. Euſebio Morro,quale hà nominato di propria bocca, & li ſuoi figliuoli legitimi,& naturali,ſe ne hauerà,vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum: Et morendo il detto M. Franceſco ſenza figliuoli legitimi,& naturali, come ſopra,li ſubſtituiſce M. Aleſſandro Morro ſuo fratello,& morendo M.Aleſſandro, ſubſtituiſce M. Carlo ſuo fratello, & morendo M. Carlo, ſubſtituiſce gl'altri ſuoi fratelli,inſino all'ultimo,di ſorte,che l'uno, morendo l'altro ſuccedi,& ciò vulgariter,pupillariter, & per fideicommiſſum, come ſopra: Con prohibitione per il detto teſtatore fatta, che non ſi poſsi per alcuno delli ſudetti vender,nè alienar coſa alcuna, nè far contratto alcuno in perpetuo delli beni di Caſtelnouetto, oſſeruando però li ſudetti fratelli de Morri, di grado in grado le coſe ſudette, & per il detto teſtatore ordinate,& non oſſeruandole, & adempiẽdole, ſubſtituiſce li ſopranominati de Strambino, & Alciatis ſucceſsiuamente,& reſpettiuamente,come ſopra è ſtato detto.

In Codicillis ſub 28. Ianuarij 1603. ita cauit.

HA parimente caſſato, cancellato,& annullato,& per tenor del preſente inſtromento, cancella, & annulla come ſopra; in quanto però li ſudetti M.Gioſeppe Morro,ſuoi figliuoli, Antonio Morro del fù Ruffino,Lodouico ſuo fratello, & il figliuolo del detto Gullielmo, ma in quanto al detto M. Franceſco Morro, & li ſuoi fratelli,eſſo Codicillante hà volſuto,& vuole, che per li ſudetti ſegni hà dimoſtrato, che eſſo legato reſti in ſua fermezza, & vigore: & hoc de parte pecuniæ peruenturæ ex venditione palatij ſolutis debitis.

Mortuo teſtatore, Franciſcus hæres vniuerſalis adiuit hæreditatem,& per multos annos poſſedit palatium Taurini;hoc eſt penſionem tantum,ſiue fictum conſequutus: & quia in ipſo palatio ſemper reſedit,& adhuc reſidet Senatus,cum Camera;adeò vt non potuerit vendi, facto Principis, illud poſsidentis; bona Caſtrinouetti prohibita alienari,fuerunt per creditores de gaggio leuata,& in ſolutum capta.

Viuente autem Franciſco, mortui fuerūt Gaſpardus vnus ex nepotibus nominatis,& collectiuè ſubſtitutis, ac inde Alexāder vnus ex nominatim ſubſtit.

Mortuo Franciſco ſine filijs, Carolus vnus ex ſubſtitutis nominatim,virtute ſubſtitutionis adeptus poſſeſsionem palatij,mortuis ipſo viuente,Ruffino,& Hectore fratribus collectiuè ſubſtitutis,ſub nomine altri ſuoi fratelli;relictis filis maſculis ab vtroq; progenitis.

Dæmum Carolus vltimus ſubſtitutorum, mortuus anno 1610. Menſe Iulij, relictis poſt ſe quatuor filiabus hæredibus ab eo in teſtamento inſtitutis,nullis relictis maſculis.

Deo mihi ſemper Duce.

IN hoc ſcrabroſo fideicommiſſo, pro filiabus D. Caroli Murri iunioris vltimi grauati,& defuncti, contra alios earum conſobrinos,qui ſe vocatos, & ſubſtitutos prætendūt; quamuis videretur caſus noſter ſatis apertè de-
1 ciſus † ex illis elegantibus conſil. Rolan. 43. lib.4. Menoch.233.lib.3. Achil.Pedro.38. Io. Petri Surdi 315. lib.3. & conſ. 554.lib.4.in eodem caſu: & deciſ.Borg.Caual.5.par.3.& deciſ.Mago.inter lucenſ.82. Petra de fideicom.q.9.num.254. & ſeq. qui valdè ad rem iſtam magiſtraliter loquuntur: tamen vt res clarior pateat,

Digitized by Google

ceat, omnibus diligentius examinatis, alia plura ſuadent, vt ad reſtantem hæreditatem, in palatio tantum conſiſtentem, ſint iſte filiæ omninò admittendæ, tam ex teſtamento patris, quàm ab inteſtato, excluſis maſculis conſobrinis, potiora iura (fruſtra tamen) prætendentibus.

Et quamuis prima facie dubius, & anceps fuerim in hac prouincia ſubeunda, propter affinitatis vinculum, quo vtrique parti, etſi à longè, pari gradu connexus: tamen veritatis indagandę cauſa, quæ
2 nemini propterea diſplicere debet; vt in omnium ore eſt: † cū amicus Plato, amicus Socrates, ſed magis amica veritas, refert Dec. ex Ariſtoti. conſ. 34. num. 1. Syl. nuptial. quomo. iudican. lib. 5. nu. 38. poſt princip. Decia. reſp. 66. num. 2. lib. 4. Horten. Caualcan. de teſti. par. 4. num. 117. omiſſa verborum maieſtate, atque ſolemni dicendorum pompa; nec arguendo ad partes, vt paſsim maiores
3 noſtri obſeruare conſueuerunt: ſed breuibus agendo. † Quia teſtatorum verba, maturè, & diligenter ſemper ſunt conſideranda, atq; ponderanda, vt poſt Bald. ad l. ſi cum dotem, §. ſi pater in fine ſolu. matrim. admonent nos Tyber. Decian. reſp. 2. lib. 2. num. 15. Manti. de coniectur. lib. 3. tit. 4. num. 1. 2.

Primùm puto, generalem illam prohibitionem teſtatoris, ne fęminæ poſsint hæreditare, (vt ait) debere intelligi, hoc eſt uenire ad ſucceſsionē uniuerſalem, ſubſtitutionem, uel fideicommiſſum ſpeciale tantum; non legata, nec alia bona, ratione ſubiectæ materiæ; cùm eſſent plures ſorores neptes ex eodem fratre teſtatoris, & ſorores fratrum inſtitutorum, & ſubſtitutorū reſpectiuè; præter alias fęminas etiā de agnatione, quibus in alia parte legata egregia pæ-
4 cuniarum ſumma, vt infra, cum † titulus legati, diferat à titulo inſtitutionis Rolan. conſ. 34. nu. 17. 19. 20. lib. 4. per l. ſi idem C. de codi-
5 cil. & per alia iura ab eo allegata, † & legatarius nō poteſt dici propriè hęres l. id tempus de vſucapio. Ioſeph. Ludoui. deci. Peruſ. 23. num. 5. Quia hoc non poteſt verificari in palatio, quod vult vendi, & partem precij ad eas peruenire, ergo palatium non ſuppoſitum fideicommiſſo etiam uniuerſali, cum prohibitione de non alienando; quia tamquam ſubrogatum loco ęris alieni perſoluendi, erat extra corpus fideicommiſsi; tanto magis ſi perſolutum in parte ex ſuo ab herede, & ſubſtitutis, vt prætenditur; (& ſi clarè nunc, ipſis mortuis, probari non poſsit,) per tradita in l. filius fam. §. Diui de lega. 1. vbi Ripa poſt alios. num. 9. 24. 25. & alia infra: quia alias
6 implicaret contradictionem, & † correctionem, contra l. nam ad ea. de condit. & demonſt. Sylu. Aldobrand. conſ. 78. num. 139. inter conſ. Huberti Zuchar. ad rem D. Ozaſc. deciſ. 49. num. 13. & deciſ.

K 2 164.

Digitized by Google

164.num 5. latè Surd.conſ.67. lib.1.num.5. ſicuti dicimus verbum hæredibus, hoc eſt de liberis intelligi, ſecundum ſubiectam materiã, ne illuſoria reddatur ſubſtitutio.l.ex facto. §. fin. ad Trebell. Vincen.de Franch.deciſ.153.Micha.Graſſ.quæſt.21.num.1. in §.fideicommiſſum,Sfort.Oddo de cõpend.ſubſt.par.6. 1.parte quæſtion.num.1. poſt plures fol.117. Peregri.de fideicom.ad rẽ latè art.32. num.9.10.11.& alijs de materia,& infra latius.

Secundo,quòd non cenſeantur fœminæ,ab alijs relictis etiam, & portione hæreditatis pænitus excluſe; ſed tantùm à fideicommiſſo Caſtrinoueti, & reſtantium nunc bonorum capaces; patet apertè: quia bis inde expreſsè id cauit, de bonis Caſtrinoueti, prohibendo alienari; ergo ad illam portionem tantum hæreditatis ſpecificatã, non totam hæreditatem, non prohibitam alienari, extendendum. Iaſ.ad l.cum virum. C.de fideicom.in princ.,& num.6. Alex.Raud.
7 lib.var.reſol.capit.70.num.33.poſt multos † quia geminatio enixã eius voluntatem oſtendit, vt præter notata ad l. Baliſta.ad Trebell. ad rem iſtam rectè ſcribit Decia.reſp.2.lib.2.num.44. & reſp.3.nu. 41.eod.lib.& infra clarius;& ſic non ad palatium,in fideicommiſſo ſpeciali minimè compræhenſum, & ſolùm hodie in hæreditate repertum,vt infra;de quo etiam vendendo geminatè cauit.

Tertiò,quia decedente filio Gullielmi, quòd filiæ habeant portionẽ pecuniæ,alias peruenturæ ad fratrẽ, Item eiſdem filiabus tribus, legauit ſcutos centum pro qualibet, ergo ceſſat ſimplex, & abſoluta coniectura agnationis conſeruandę; in tota hęreditate, &
8 fideicommiſſo vniuerſali; ſed in ſtricto fideicommiſſo tantum. † Surd.pluribus relatis,conſ.443.lib.3.nu.12.13.& nu.44. quodq;potuit ratio agnationis conſiderari in omnibus alijs caſibus, & ſic in fideicommiſſo Caſtrinoueti,nõ alijs rebus,& ſic non in præcio palatij: Et quamuis in Codicillis, ademerit illas portiones præcij reſtantis palatij alis,exceptis nepotibus fratris;tamen ſatis eſt, quod ex teſtamento, & ſi hac in parte reuocato, declarauerit filias capaces partis hæreditatis,in prætio palatij exiſtentis; non ſic abſolutè
9 excluſas, † cùm vna pars teſtamenti declaretur per aliam partem. l.qui filiabus.de leg.1.Vincent.de Franch.deciſ.525.num.26.& de-
10 ciſ.153.num.3.optimè ad rem in teſtamento,etiã reuocato.† Crau conſ.113.in fin.& Menoch.conſil.233.lib.3.num.13.D.P.Theſſ.deciſ.192.num.12.Zaſ.conſ.3.lib.1.num.54. Zanch. in repetit.l.hæredei mei, §.fina.ad Trebell.par.4. num.318.320. Menoc.lib.4. præſump.c.15.num.1.2.6.& alijs,Peregr.art.16.num.51.plura.

Quartò,in conditionibus habitandi in loco Caſtrinoueti, vocauit plures extranearum familiarum,in caſu contrauentionis,& etiã

Digitized by Google

11 in vltima ſubſtitutione poſt nepotes,† ergo non eſt ſimpliciter habita ratio agnationis. Alex. Raud. poſt Decian. lib. 1. de Analog. ca. 15. num. 336 & 332. & non tam arctam habuit familiæ conſeruationem, ad exclusionem fæminarum in illis, & alijs bonis; ſed tantum affectionem oſtendit ad locum Caſtrinoueti, quem ſolum ſtricto ſuppoſuit fideicommiſſo, tanquam maiorum rem præcioſam, non alia bona, cum prohibitione de non alienando geminata, & enixa in hac ſola parte; non in alijs bonis ita declarata, & ſic vniuerſali fideicómiſſo ad nepotes tantum inſtitutos, & ſubſtitutos coarctato
12 vt infra, vt ad rem.† Dec. conſ. 481. num. 1. Menoch. conſ. 220. num. 28. lib. 4. preſ. c. 68. num. 14. 27. & c. 69. num. 18. Alba. conſ. 97. nu. 12. poſt princip. Mant. de coniect. lib. 6. tit. 12. nu. 7. 8. iura plura, & auctoritates adducens. Crau. latè poſt multos conſ. 984. num. 142. poſt Doct. ad l. filius famil. §. diui, de leg. 1. vbi Ripa num. 3. 4. Ioan. Petr. Bimius, conſ. 38. num. 22. 23. Quia palatium Taurini, acquiſitũ per ipſum teſtatorem à D. Ioſepho Murris, cui in ſolutum dedit grangiam, & remanſit debitor ſcutorum 1100. vt in teſtamento enuncia-
13 tur:† ergo in habentibus ſymbolum facilior tranſitus, & ſic quod palatium emptitium, quia ab eo tunc nuper acquiſitum, vendatur, alia maiorum Caſtrinoueti bona non; quia vnum quodq; facillimè reuertitur ad naturam ſuam capit. ab exordio 35. diſtinct. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret, in ver. quod ſi in ſpecie, de pact. vt in ſimili caſu fideicommiſsi fęminini, facilè reuertentis etiam ad fœminas tradit Manti. de coniectur. lib. 8. tit. 18. num. 2. & Sim. de Pret. de interpreta. vltima. volunt. lib. 3. ſolu. 1. num. 26. & alibi Doct. & ſic cum fideicommiſſum limitatum ab bona tantum Caſtrinouetti, cum pro-
14 hibitione de non alienando,† prohibitio limitatum producit effectum, & alia bona libera manent, ſublatis de medio nominatim ſubſtitutis l. in agris, de acquiren. rerum. dom. in ſpecie, ità tradit Sylu. Aldobr. inter conſ. Hubert. Zuchar. conſ. 78. num 187. optimè ad caſum Rol. conſ. 43. lib. 4. nu. 43. 44. vbi loquitur in bonis cuiuſdam Caſtri Suyſeni.

15 Quintò,† id ſuadetur à definitione hæreditatis, quæ eſt ſucceſſio in vniuerſum ius. l. hæreditas. de reg. iuris vbi Doct. l. nil aliud eſt
16 hæreditas, de verb. ſignif. vbi latè Alciat. &† hæreditatis appellatione, non veniunt legata, & fideicommiſſa, l. ſi Titius ex parte, de leg. 3. vbi Bart. & Doct. Rol. conſ. 34. nu. 38. lib. 4. Magon. decif. Florent. 16. num. 4. & hoc in extraneo, vt hic, & ſi in filio teſtatoris aliter dicendum. Achil. Pedroc. conſ. 38. num. 70. & conſil. 19. num. 88.
17 & ſex. ſeq. vt quando lex etiam loquitur, de hæreditate, non habet locum in legato, vel fideicommiſſo particulari. Dec. conſ. 581. nu. 1.

poſt Alberic. Ergo intelligenda hæreditas, de vniuerſali tantũ ſucceſsione, & ſic inſtitutione, atque fideicommiſſo, à quo excluſæ, nõ à portione ex prætio palatij prouenjente; & alio vniuerſali fideicom. ceſſante in eo prohibitione, & mortuis nepotibus ſubſtitutis, quorum fauore tantùm, habita ratio agnationis, vt infra.

18 Sextò, illud apertè patet, ex clauſula illa, † in omnibus autem alijs ſuis bonis, &c. quæ clauſulæ excludunt legata, iam alijs facta, & alia relicta; & ſic portiones reſtantis pretij palatij, latè Sim. de Pret. de interp. vlt. volunt. lib. 3. ſolut. 1. num. 3. Burſat. conſil. 67. nu. 19. Decian. reſp. 51. num. 18. lib. 1. de quo Rolan. latè poſt multos conſ. 34. num. 7. lib. 4. Surd. conſ. 253. num. 7. lib. 2. ergo ab iſtis fœminæ non excluſæ: Vel ſi ſecundum alios, non cenſeantur legata excluſa, ab inſtitutione, præſertim nõ habita à legatarijs, vt per Surd. deciſ. 269.

19 num. 11. poſt multos, † quando legata nulla, inualidà, & quæ effectum non ſortiuntur, vt hic; quia accreſcunt hæredi, & ſubſtituto; & facta inutilia non attenduntur. Zaſ. con. 3. lib. 1. nu. 49. ad finem, ex alio confirmant ſororum iſtarum cauſam, vt peruenta ad eorum patrem grauatum mortuum poſt omnes ſubſtitutos, nunc conſequẽter earum lucro cedant, de qua re Decian. plura reſp. 41. lib. 1. num. 125. 137. 138. D. Senat. Theſaur. quæſtio. Foren. lib. 1. q. 17. num. 14. latè, & per totam q. de prælegatis. firma remanente prohibitione in alijs bonis, ſpecialiter alienari prohibitis, hodie dæmum quoq; extinctis.

Septimò, quod mens teſtatoris fuerit, quòd palatium Taurini omninò deberet vendi, & ſolum remanere in hæreditate, & fidei-

20 commiſſo bona Caſtrinoueti, prohibita allienari; & verbum † poſsit

21 intelligendum ſit pro debeat, & verbum † debeat regulariter importet neceſsitatem c. vlti. de ſenten. exco. Tiraque. de priuil. piç. cau. c. 7. num. 3. gloſ. in l. 3. gloſ. fina. C. de pignori. vbi Bart. in repeti. num. 3. patet ex toto teſtamento, in quo voluit ex prçcio palatij ſolui çs alienum, reliquum precij poni ad lucrum, inde diſtribui: quæ non poſſent præſtari ſine venditione palatij: argum. l. 2. de iuriſd. omn. iudic. at potius mens quam verba ſequenda Mant. latè lib. 3. tit. 5. num. 1. Clar. in §. teſtam. quæſt. 76. num. 2. per l. hæredes mei, §. cum ita ad Trebell. vbi Doct.

22 Et non eſt nouum, † quod verbum poſsit, ratione ſubiectæ materiæ, intelligatur pro debeat, & è contra, debet, pro poteſt. l. obſeruare, § fin. in princ. de offic. proconſ. l. 2. C. vbi in rem act. & vtrobique, gloſ. in verb. debet. Euerar. de hoc nominatim in loco à ſubiecta materia, num. 17.

Octauò, quod verò impoſita fuerit neceſsitas hæredi vendendi palatium,

Digitized by Google

palatium,& ſic illud excluſum à fideicō miſſo; apertè patet ex alijs etiam partibus teſtamenti,quia in principio ante vocationem maſculorum,& excluſionem fœminarum, mandauit in genere ęs alienum, & debita ſolui: ergo vendenda bona etiam aliàs alienari prohibita Petra.de fideicom.q.8.num.321.poſt alios. Item alibi in ſpecie ſatisfieri Io.Georgio.Mōforti, D.Ioſepho Murris,inde alijs: per tradita à Doc.in l.fina. C. de iur. deliber. ergo neceſſariò palatium,huic legi venditionis ſuppoſitum omninò vendendum, cum ex nullis alijs bonis poſſet commodè iſtud præſtari, vt ex teſtamē-
23 to clarè colligitur,ob id pārendum,† & bona ſine alia ſolemnitate vendenda gloſ.& Doc. ad l.3. C.quan. decreto opus non eſt. Petr. Beluga in ſpec.princ.rub.17. verſi finaliter nu.1. ad finem, vbi Camill.Borrel.in addi. & quia tali caſu etiam præſcripta debita, imò ſoluenda. Mant.de coniect.lib.10.tit.1.nu.fina. & de his latè excell. Ozaſ.deciſ.167.num.2.3.4.& ſequ. §. ſed ſi vxori,vbi Doct.inſtitu. de legat.Tanto magis debēt vendi bona, ſi vrgeant creditores Hieronym.Gabriel.conſ.123.num.17.23.24.26. & conſ.103. nu. 1.poſt.
24 alios latiſsimè Maſcar. concl.1237. nu.44. Quia hæredes, † & executores differentes perſoluere debita, & legata pia,peccant mortaliter Iacob.de Graſſ. in deciſ. aur.par.1.lib.1.c.26.num.13.vbi nu. 15. ꝙ excuſatur defunctus propter hanc heredum dilationem, & culpam,ne detineatur in purgatorio.

Nonò, ſi velimus verbum poſsit, ſtare in puris, & proprijs ter-
25 minis,non inducentibus neceſsitatem:† illa facultas vendendi tale palatium,eſt data, & reſtricta, ad Franciſcum hæredem vniuerſalē tantùm: & ſic perſonaliſsima Burſat. conſ.337.num.51.lib.3. ergò illo,ab eo viuo non vendito remanet in hæreditate, lucro hæredum ſubſtitutorum, vt infra, & vt Peregr.art. 32. num.79. in ſimili caſu
26 oſtendit, & † cum non appareat pecuniam in hæreditate repertā, nec alia bona hæreditaria uendita,præter bona Caſtrinoueti à maioribus creditoribus de gagio leuata, præſumuntur alia debita ſoluta, potius de pecunia, & bonis hæredis, quam de bonis hæreditatis. Roma.conſil.276. num.7. Peregr. art.35.nu. 34. & ſic pinguiorem reddunt ſucceſſorum cauſam,ad commodum filiarū, vt ſupra; omnibus ſubſtitutis ante earum patrem vltimū grauatum mortuis.

Decimò, conſidero clarius, teſtatorē diſpoſuiſſe, vendito palatio, quod ſupererit, ære alieno ſoluto, debere diſtribui in plures perſonas, etiam fœminas,& mortuo aliquo ex nepotibus ex fratre, quod eorum filij capiant per ſtirpes. Quod legatum in codicillis reſtrinxit tantum ad nepotes ex fratre, & palatium iſtud mandat vendi per hæredem ſuum vniuerſalem infraſcriptum,& per eundem

27 ſolui debita, † ergo denegata talis facultas alijs ſubſtitutis; tanto magis eis omnibus mortuis, alijs agnatis, cum ad hæredem vniuerſalem limitata; ſic in terminis de bonis uendendis concludit Surd. conſ.443. lib 3. num. 59. & 60. in ult. quæſt. citat multos, & præcipuè Mantic. lib 8. tit. 14. in fine. Cagnol. ad l. qui per ſucceſsionem. num. 8. de regul. iur. & alios. Maſcar. latè poſt multos d. conclu. 1237. num. 78. loquens tamen de prohibitione non alienandi. & ſic fruſtra hodie prætenditur, tamquã re integra debere uendi palatium, uel eſtimari pretium, & ſingulis legatarijs diſtribui, quod eſt uanum, legatarijs, quibus relictum prædefunctis, ut infra.

Vndecimò, debemus item inſpicere tempus quatuor annorum, tantum, & limitatum; non autem longius tempus, poſt colocatam
28 pecuniam ad lucrum, † ex quo diſtributio pecuniæ fiat, cum onere celebrandi miſſas, l. in delictis. §. 1 de noxalib. Decian. in ſpecie de fideicomm. loquens reſp. 29. lib. 4. num. 9. Surd. conſ. 554. lib. 4. nu. 22. Andr. Gail. lib. 2. obſeru. 136. num. 2. de fideicommiſſo etiam, quod cum factum, & uerificatum non fuerit, nullum ius potuerunt illi nepotes tranſmittere ad eorũ liberos teſtatoris pronepotes nunc contendentes Graſſ. in §. legatum q. 51. num. 1. cum non entis nullæ
29 ſint qualitates. † l. eius qui in prouincia ſi cert. petat. ad rem Vincent. de Franch. deciſ. 525. num. 14. Crauet. conſil. 984. num. 117. & ſic perpetuo commodo vltimi grauati cedet, ad vtilitatem nunc filiarum ipſius.

30 Duodecimò, & † quia in quãtitate, & ſic pecunia non datur trãſmiſsio. gloſ. comm. approbata in l. 2. in ver. in reali actione. C. cõm. de lega. Bart. & Doct. ad l. omnia. ff. ſi cert. pet. Micha. Graſſ. qui cõmunem ait in §. legatum, quæſt. 69. num. 7. tanto magis, quia conditionale, & non acceptatum. Surd. conſil. 253. num. 4. & ſeq. & num. 23. 24. per l. ſi tibi homo. §. cum ſeruus. de leg. 1. l. vni. §. ſin autẽ aliquid ſub conditione. C. de caduc. tollen. ergo aduerſariorum patres nil potuerunt ad eos tranſmittere, quia in pecunia: non acceptatũ; non venditum palatium; & patres præmortui; ob id intercidit legatum.

31 Decimo tertiò, † cum illud legatum fuerit cõditionale, quia appoſitum tempus incertum quatuor annorum, quod nunquam venit; & palatium vendendum, & pecunia ponenda ad lucrum, præſẽtibus hærede vniuerſali. Io. Anton. fratre, & Ioſepho de Murris, cũ cautione idonea, omnibus iam pridem mortuis, cũ verificari mens teſtatoris, & conditio non poſsit, ergo nunquam nata actio, & obligatio. l. 1. de cond. & dem. l. ſi dies, quan. dies leg. ced. Graſſ. §. legatum q. 43. nu. 3. 4. 5. Peregr. de fideicom. art. 31. num. 6. nec fit tranſmiſsio,

Digitized by Google

miſsio,vt per eum Achil.Pedroc.conſ.2.num.172.tanto mag s cum inde nunquam deuentum ad diſtractionē palatij, & ſic res omninò integra, vt in ſimili caſu plura tradit idem Peregr. ibid. ad rem num.19.20. & ſeq.& ſi ibi contrarium defendat, quia res non integra,ſed iam deuentum ad conſignationem partis locorum,in cauſa comitis Paſſani,quod hic nō fuit.D.Preſ.Theſ.in argum.deciſ.249. num.7. vbi multa agenda ad validitatem actus, nil cenſeri actum, dum aliquid adhuc præſtandum;nec vllam vim illa habere: & conditio,quæ euanuit,cenſetur pro non appoſita Petra.de fideicom.q. 9.num.198.& num.254.fol.120.col.2. verſicu.& quamuis ſciam legatum,&c. vbi concludit,non tranſmitti, quia caducatum, & ante conditionem purificatam.

Decimo quartò, cum neceſſariò præſupponendū ſit, caſum venditionis palatij eueniſſe, ſecundum teſtatoris mentem,non verifi-
32 cato præſuppoſito,†nequaquam legatum pecuniæ debebitur.gloſ. in l.mancipia.in verb.aduocandum.C.de ſeru.fugit.Surd.conſ.150 num.78.& conſ.315. lib.3.num.40.Petra.q.9.num.254. col.8.verſi. quo ſic ſtante fol. 117. Tanto magis,cum verificari non poſsit ob factum Principis,à quo palatium mortuo teſtatore captum,pro re-
33 ſidētia Senatus,& Cameræ,vbi,& adhuc hodie reſident;† quod caſui fortuito æquiparatur, l.lucius de euict. de qua plenè. D. Ozaſ.
34 deciſ.47.& Hiero.Lauren.deci.auinion.133.per totam,† & ſic cum res deuenerit ad caſum,à quo incipere non poteſt,vitiatur l.pen.§. 1.de verb.oblig. vbi gloſ.in ver.non poteſt, exemplum ponit de re
35 inde facta ſacra poſt promiſsionem,†& diſpoſitio teſtatoris intelligitur ſemper,rebus ſic ſe habentibus. Mant.lib.3.tit.4.num.21.
36 Decimo quintò, conditionale per verbum ſi venderetur, † quod conditionem importat per gerundium futuri temporis.Bart.in l.ex parte.num.1.de acquir.hæred. D. Ozaſ.deciſ.171.num.15.non impleta conditione,neque debetur,nec peti poteſt;ad rē Corraſ.conſ. 75.num.98.104.105.& ſeq.inter conſ. Zuchar. inferens ad domum etiam.Surd.plura conſ.236.lib.2.num.4.5.& ſequ.& conſ.298.num. 36.lib.2. Neque tranſmittitur.l.intercidit legatum.l.legata.de cōd. & demonſt.Mich.Graſſ.in §.legatū.quæſt.46.50.& alijs.Surd.conſ. 156.num.2.Mant.de coniect.lib.11.tit.20.Achil.Pedroc.conſ.2.nu. 172. At hic ex duplici conditione defecta, non poteſt tranſmitti; vna ſi palatium vendetur:altera quia præmortui legatarij ante palatium venditum.d.l.intercidit. Et quamuis etiam vocati pronepotes ex fratribus,quia in ſtirpes,&c. Burſat.conſ.170.num.4.non tamen ceſſat alia conditio quia non venditum.§.affinitatis, Inſtit.de nup.l.ſi hæredi plures, de cond.inſtit. Decia.reſp.41.num.70.lib.1.

Zanch.

Digitized by Google

Zanch.in repet. §.cum ita ad Treb. par.1. num.16. ad rem. præter, quod in codicillis reſtrictum legatum ad nepotes tantum: Ergo ad palatium nulla prætenſio, quod prætendunt de nouo vendendum, vel eius æſtimationē, ad eorum cōmodum deberi, nec ad eius præcium: facitque plena deciſ. Vinc. de Franch. 525. & Surd. 269. nu. 15.
37 vbi quod tali† caſu dicitur legatum caducum, & pro non ſcripto. & num. 12. & ſeq. ad rem, quia remanſit legatum inualidum, & non habuit effectum, ergo non debetur legatarijs, ſed remanet pœnes hæredem, vt in fideicommiſſo, idem Surd. conſ. 439. num. 4. D. Preſ. Morot. reſp. 2. num. 4. vbi cum onere reſtituendi ſubſtituto, & fideicommiſſario, & reſp. 31. num. 2. 4. Peregr. art. 31. num. 1. Tantò magis hic, cum in codicillis, dictum legatum reſtrictum ſit ad fratres tantùm Franciſci, & ſic nepotes teſtatoris, vt ſupra, ergo vocatio in ſtirpes ſublata. l. cum Prætor de Iudic. Surd. conſ. 448. num. 28. lib. 3. Decian. reſp. 3. num. 30. lib. 2. D. Preſ. Morot. reſp. 27. num. 18. 19. ſi ſucceſsiuè tranſiuit ad ſubſtitutos, ergo Carolum vltimum ex ſubſtitutis poſt omnes mortuum; & ſic nunc ad filias eius, tā ex teſtam. quam ab inteſtato.

38 Decimo ſextò, concurrit alia iuris concluſio, † quod legatorum extinctio, latè ſemper interpretanda, l. ſi ita ſcriptum, vbi Iaſ. poſt num. 36. de leg. 1. Crau. conſ. 32. num. 3. & conſ. 167. num. 14. Hieronym. Zanch. in repet. d. §. cum ita par. 1. num. 58. 59. ad quod facit l. nummis. de leg. 3. cum ibi nota. D. Preſ. Morot. reſp. 2. num. 17. M. Anton. Eugen. conſ. 100. num. 18. 19. Conferuntque alia tradita per
39 Decia. d. reſp. 2. lib. 2. num. 108. † quod quæ pendēt à futuro euentu, poſſunt eſſe, & non eſſe, non ſunt habenda in conſideratione, & nu. 110. quod conditio ſemper debet impleri, antequam quis emolumentum capiat, & reſp. 3. num. 26. & alia ibi per eum.

Decimo ſeptimò, ad merita fideicōmiſsi deſcendēdo, illud vulgatum adduci hoc noſtro caſu poteſt, quod paſsim præmittunt in
40 hac fideicommiſſorum cauſa ſcribentes; quod † de eis hoc caſu non loquatur ſubſtitutio, quæ nunquam multiplicanda, ergo non poſſint tanquam vocati iſti pronepotes ad ſubſtitutionem, & fideicōmiſſum venire. Mar. Anguiſ. conſ. 10. nu. 7. lib. 1. D. Ozaſ. conſil. 22. num. 10. Zanch. vbi ſup. par. 1. num. 55. latè. Roland. conſ. 34. num. 3. lib. 4. conſ. 43. num. 15. 16. 17. eod. lib. Maſcard. de prob. concl. 775. in ver. fideicommiſſum num. 1. 2. & in ver. ſubſtitutio. concl. 1343. num. 1. per integram columnam, vbi infinitos congerit, & hanc cōmunem appellat. & Sim. de Præt. poſt Soci. & alios. lib. 3. fol. 4. num. 5. fol. 275. Peregr. art. 1. num. 26. art. 11. num. 37. 38. & art. 27. nu. 15. verſ. denique. Hubert. Zuch. conſ. 74. nu. 2. Menoch. conſ. 233. n. 6. 7.

lib. 3.

Digitized by Google

lib.3. Burſat.conſ.202.nu.3.laté. Cagn.ad l.præcibus. C.de impub. nu in fin.Io.Petr.Bimius conſ.1.num.28. Petra.vbi ſupra q.9.n.143. poſt medium.Surd.frequenter conſ.44.num.1.2. & conſ.554.num. 4.conſ.443.num.2.lib 3.& Borgn.deciſ 5.par.3. num.13.14.37.38. vbi ad rem loquitur,de filijs etiam cuiuſdam Franciſci nepotis ex fratre teſtatoris inſtituti, ſi Franciſcus deceſſerit ſine filijs maſculis,grauauit eum reſtituere hæreditatem proximiori agnato maſculo,vt hic:qui filij cum poſiti fuerint in ſimplici conditione, & eos teſtator non vocauerit,nec grauauerit, non eſt dicendum illos vocaſſe: & ſic colligitur teſtatorem aliam noluiſſe facere ſubſtitutionem,ſecundum eum laté. Hortenſ. Caualcan. conſ. ſuo poſito poſt tract. de teſtib. num. 95. Burſat optimè plura poſt alios adducens conſ.227.lib.3.num.1.6.& conſ.337.num.4.eo.lib. Clar. in §. teſta-
41 mentum q. 76. num.3. Sfort. Oddus conſ.45. num.26. & † negans ſubſtitutionem dicere,ſeu compræhendere talem caſum, habet fūdatam intentionem,& transfert in aduerſarium onus probandi Sylu.Aldobr.conſ.78.num.143.inter conſ.Zuchar.Decia.reſp.1.num. 19. lib.1.pulchrè ad rē cum numeris ſeq.optimè. Magon.deciſ.Lucen.82.num.10.& ſeq.vbi eleganter ad caſum,& num.17.& ſeq.præclarè oſtendit,nec iure tranſmiſsionis venire,vt hic,& ſupra dixi,& deciſ.Flor.134.num.1.2.Nec iure repræſentationis,quæ ceſſat in teſtamentaria diſpoſitione,vt poſt alios oſtendit Magon.dec.Lucen. 82.num.20.21.& etiam locum habet tātùm,vbi ttactaretur de ſucceſsione patrui in tranſuerſalibus Gabr. de fideicom. conclu. 3. & vt præter alios Decian.qui laté inſiſtit. conſ.1. lib.1.nu.368.369.& ſeq.Petra d.q.9.num.254.fo.118.col.3.verſi.Quod autem attinet ad auctoritates,&c. ergo in caſu noſtro ubi iſtis nepotibus tranſuerſalibus collectiuo nomine uocatis, non poſita clauſula ſine filijs, res tanto magis carere debet omni difficultate.

Decimo octauo,exiſtimo interpridè,ſubſtitutionem hanc fratrū
42 D. Caroli factam caducam, † ipſis omnibus alijs fratribus nepotibus etiam teſtatoris pariter ſubſtitutis mortuis ante D. Carolum ultimo loco defunctum:nec filios pro nepotes ipſorum fratrū prædefunctorum, ad fideicommiſſum adſpirare poſſe, etiamſi ſit relictum fauore agnationis conſeruandæ,& prohibita alienatio & fœminæ fuerint excluſæ ab hæreditate Burſat.conſ.64.num 1.2 & ſeq. Primùm conſidero teſtatorem nō habuiſſe liberos, ſed tantùm nepotes ex fratre inſtitutos, & ſubſtitutos. Item ſubſtituiſſe ſub conditione,morendo il detto M.Franceſco ſenza figliuoli; non autem dixit ſine liberis,hoc eſt,ſenza figliolanza,& deſcendenza:ergo nepotes non compræhenduntur, ut infra, tanto minus cum non ſint

iſti ad-

iſti aduerſarij, filij Franciſci inſtituti, ſed aliorum collectiuè ſubſtitutorum. Item, & à teſtatore nullum ex patribus iſtorum pronepotum expreſsè vocatum ad inſtitutionem, & ſubſtitutionem nominatim, ſed tantum poſt D. Carolum vltimum ſubſtitutum, ſubſtitutos nomine collectiuo, altri ſuoi fratelli inſino all'vltimo; quia erãt
43 ſeptem fratres nepotes teſtatoris. Et cum † verbum alijs faciat repetionem tantũ eiuſdem qualitatis, & ſic fratrum nominatim ſubſtitutorum, non refertur ad eorum filios, & ſic pronepotes teſtatoris, cum ſint alterius qualitatis. Alex. Raud. lib. 1. var. reſol. cap. 71. num. 178. D. Ozaſ. deciſ. 51. num. 13. & infra num. 49.

Decimo nonò, item nullum ex pronepotibus naſcituris fuiſſe à
44 quo quomodo vocatũ, ſed omninò omiſſos; † ergo nullo modo expreſsè, vel tacitè cõpræhenſi Gulliel. Bened. in repet. c. Raynut. par. 2. in verb. ſi abſque liberis moreretur, el 2. num. 26. 27. 33. 35. 36. & ſequ. latiſsimè Sim. de Pręt. de interpret. vltim. volun. lib. 2. ſolut. 3. num. 140. 156. 157. & ſeq. fol. 246. Mant. lib. 3. tit. 19. num. 8. & lib. 6. tit. 14. num. 22. Sebaſt. Medic. deciſ. Prou. March. 24. num. 6. Decian. reſp. 1. num. 18. lib. 1. Magon. rectè deciſ. lucenſ. 82. nu. 10. 11. & alijs. Maſcard. de probat. in ver. omiſſum concluſio. 1136. num. 1. 2. 3. 4. & alijs, & in verbo ſubſtitutio. concl. 1343. num. 7. 8. Roland. conſ. 43. num. 22. lib. 4. Hortẽſ. Caualcan. conſ. ſuo poſt tractat. de teſtib. nu. 57. 87. vbi quod conſultò eos omiſit, ſi non vocauit, vt alios. Burſa. conſ. 227. n. 4. lib. 3.

Vigeſimò, in ſubſtitutione, & prohibitione vſus fuit verbo delli
45 ſudetti, & ſino all'vltimo; † ergo in vltimo fratrum moriente clauſit ſubſtitutionem, nec voluit grauare vltimum morientem, cum nõ fuerit vltra progreſſus. Menoch. clarè, & ad rem d. conſ. 233. nu. 11.
46 lib. 3. Io. Petr. Binius poſt Soci. conſ. 2. num. 2. † & ſubſtitutio facta nominatim vni, non poteſt ad aliàs perſonas extendi ex eo deſcendentes, Decian. d. reſp. 2. lib. 2. num. 34. ad finem, & 35. Inde in caſu contrauentionis illos de Strambino, & Alciatos ſubſtituit, nulla facta mentione de poſteritate ſuæ familiæ, poſt nepotes vocatos; &
47 ſic filiorum fratrum pronepotum teſtatoris: † qui propterea cenſẽtur excluſi Rim. Sen. conſ. 326. num. 3 . 38. Sim. de Præt. lib. 3. ſolut. 2. num. 8. fol. 273. & ſic perſonam vocatorum non egreditur, vt per eum Magon. deciſ. Florent. 37. num. 27. 29. Sylu. Aldobr. rectè conſ. 78. num. 185. inter conſ. Huber. Zuchar. Burſat. conſ. 195. num. 8. 9. quia teſtator ſe reſtringens ad vnũ caſum, alium excludit, qui aliàs non fuiſſet excluſus, vt poſt Gozad. tradit. Io. Petr. Bin. conſ. 1. nu. 8. & in alia parte teſtamenti, non factæ habitationis in loco Caſtrinoueti, tantum fecit mentionem de eius fratribus, & filiis Franciſci,

eos tali

Digitized by Google

eos tali caſu, priuando ab hæreditate; ergo ad iſtas tantum perſonas reſtricta ſubſtitutio, cum pars vna teſtamenti aliam declaret, vt iam dixi: & ex codicillis, idem apparet declaratum. Itaque formaliter intellexit tantũ de fratribus eius nepotibus inſtitutis, & ſubſti-
48 tutis, non eorum liberis, & deſcendentibus, non nominatis, † per verbum relatiuum delli ſudetti; ad rem Burſat. conſ. 1. num. 12. vbi etiam loquitur de fauore agnationis, & de excluſione fœminarum, & conſ. 195. num. 6. 7. de prohibitione reſtricta ad nominatos per dictionem prædictos Dilect. de arte teſtan. tit. de ſubſt. caut. 23. n. 2. Achil. Pedroc. valdè ad rem conſ. 38. num. 28. 29. 30. vbi, & fauor agnationis aderat, & prohibitio quoque alienationis, Decian. dicto reſp. 2. lib 2. num. 39. de participio, & dictione, dicti, loquens: præclarè, & ad rem noſtram. Surd. deciſ. 85. per totam, & deciſ. 225. nu. 1. 2. 7. & ſtante reſtrictione, ſubſtitutio non extenditur ad ipſorum vocatorum liberos, licet etiam vocatos. Crau. conſ. 98 num. 5. 6. & 8. vbi loquitur ad rem, de verbo dictis, & ſupradictis, vt hic quæ non extenduntur ad eorum liberos, & hæredes. Rolan. conſ. 34. lib. 4. nu. 30. 31. Menoc. lib. 4. preſump. c. 60. num. 7. Sfort. Oddo conſ. 54. nu. 3. 4. Curt. Iun. conſ. 58. num. 2. & ſeq. Ruin. conſ. 123. num. 23. & ſeq. lib. 2. & plenè Port. conſ. 8. num. 11. & clarius, Burſat. conſ. 13. num. 1. 34. 35. vbi non extenditur ad non nominatum, & conſ. 64. nu. 19. 20. vbi ad rem etiam loquitur, & conſ. 51. num. 11. 12. 39. conſ. 157. num. 29. 30. Rol. conſ. 56. num. 27. lib. 3. Petra de fideicom. quæſt. 5. nu. 53. Ripa ad l. filius fam. §. diui, de legat. 1. num. 111. Sebaſt. Medic. d. deciſ. 24. num. 5. & per totum.

Vigeſimo primò, non poteſt vllo modo extendi illa ſubſtitutio ad iſtos pronepotes, quia virtualiter verè, & effectualiter ſe reſtrin-
49 xit, & vocauit tantum ad ſubſtitutionem nepotes, † tunc ſuperſtites, nominatim expreſſos, & non expreſſos, per illa verba, li altri inſino all'ultimo. Item, l'uno morendo l'alrto; quæ ſunt excluſiua aliorũ, et includunt ſuperſtites tantum, quos in alia parte teſtamenti nominatim, per nomina propria expreſsit: et ſic nominatio perſonaliſsima, vt Doc. loquuntur, ergo pronepotes poſtea nati, non compræhenduntur, ita poſt Corne. Curt. et alios tradit Alex. Raud. lib. var. reſolut. ca. 71. num. 262. Magon. Florent. deciſ. 37. num. 27. 29. Crauet. in repet. l. cum filio familias in 2. par. de leg. 1. num. 354. D. Ozaſ. deciſ. 51. num. 13. Zanch. poſt alios in d. repet. §. cùm ita, par. 4. nu. 145. 148. 194. ſtante præſertim dictione alios, vt in ſimili Rol. d. conſ. 33. lib. 4. num. 34. et num. 49. ad finem, vbi ſubſtituti filij maſculi, ex inſtitutis apparentes. Petra rectè poſt Riminal. Iun. q. 9. nu. 254. fo, 120, col. 4. circa finem, verſi. et in primis dico, ibi, tertiò hæc

opiniò

Digitized by Google

opinio magis tenenda; ſcribens apertè, quod dictio alios denotat ſimilitudinem ſubſtitutorum, ſupra num. 43. & ſic fratres tantùm comprahendit, non autem extenditur ad eorum filios, quia nõ ſunt ſimiles eorum patribus, cum alia perſona patris, alia filij. Et quemadmodum iſti pronepotes, non reperiuntur grauati, non cogerentur alijs de familia reſtituere; ita nec debent cenſeri vocati, per reg.
50 l. ab eo. C. de fideicom. † quem non honoro, grauare non poſſum. Petra q.9. num.188. Peregr. art.33. num.37. vbi latè per totum de hoc articulo.

51 Vigeſimo ſecundò, † cum nulla mentio diſpoſitiuè, aut conditionaliter, de iſtis pronepotibus facta fuerit, prædecedẽtibus eorum patribus, vltimo loco ſubſtitutis collectiuo nomine poſt D. Carolũ, & ſic ante conditionis euentum, fideicommiſſum redditur omninò caducum, nec ad hæredes tranſmittitur, ſiue ſint de liberis, ſiue extranei, pulchrè ad rem. Menoch. conſ.233. lib.3. Peregr. de fideicom. art.31. num.11. poſt multos. Rolan. conſ.43. lib.4. nu.22. & etiã clarius hic, quia cum ſubſtituit nepotes, nil omninò dixit de eorũ filijs, prout facilè ei fuiſſet dicere, ſi ęque pronepotes, cum nepotibus eorum patribus dilexiſſet, & vocaſſet: quod cum non fecerit, ſatis datur intelligi, quod noluit eos habere in conſideratione ad eorum vtilitatem vulgata l.1. §. fin autẽ ad deficientis. C. de caduc. tol. Petra d.q.9. num.254. col.10. verſi. Quo ſic ſtante, circa mediũ, ad caſum noſtrum eleganter, & ſic verè ſubſtituti dici non poſſunt, cùm de ipſis in teſtamento verbum nullum; & ſi verba teſtamenti non cõueniũt, nec aliqua ſubſtitutio cõpetit, vt ita nominatim poſt Bald. Socin. & Bertran. tradit Magon. deci. Lucen.82. num.10. & tali caſu, fideicommiſſo grauari non potuerunt Sfor. Odd. conſ. 46. num.20. per vulgatam l. ab eo C. de fideicom. & teſtator non cenſetur diligere, nec vocare, quos non expreſsit, nec nominauit l. Lucius §. Lucius titius de lega.2. Borgn. Caualcan. poſt alios deciſ.19. nu. 29.30. lib 3.

52 Vigeſimo tertiò, † quemadmodum in fideicommiſsis, appellatione filiorum, non veniunt nepotes in caſu odioſo. Alex. conſ.1. lib. 1. num.12. Roland. poſt multos conſ.43. lib.4. num.26.27. D. Senat. Theſaur. q. Forenſ. lib.1. q.92. num.5. latè. Peregr. poſt alios art.1. n. 27.28. art.52. num 2. ad finem. Mant. de coniect. lib.8. tit.8. num.1.6. & alijs. Andr. Gail. lib.2. obſeru. cap.136. num.12. copioſè etiam, & hoc, quando paſsiuè Graſ. in §. fideicomiſſum q.10. nu.3. Sfor. Odd. conſ.66. num 108. Alex. Raud. lib. varia. reſolut. cap.37. num.274. & de Analog. c.15. num.322. Equ. Ruger. conſ.27. lib.1. num.82. Menoch. ad rem d. conſ.233. num.12. lib.3. quia verſamur in materia

ſtrictæ

ctæ interpretationis ſecundum eum. Burſat. conſ.202. num.8. vbi communem ait.& vbi grauamen filijs reſultat. Burſat.conſ.337.nu.10.vbi communem. Surd.conſ.554.num.10.lib.4.& verius in tranſ-
53 uerſalibus Zanch.vbi ſupra,par.4.num.193. Tantominus appellatione nepotum, venient pronepotes. Corn.conſil.143. lib.3.litt. C. Burſat.d.conſ.337.num.13.vbi communem ait num.15.vbi filij remanerent grauati. Mant. lib.8.tit.8. num.2. verſ. ſecundo in teſtamento, præſertim quando nec nati, nec concepti tempore teſtamẽti, vt infra Decian.latè, reſp.41.num.97.lib.1.& reſp.94. num.3.lib. 5. Mant.lib.8.tit.12.num.14. Burſa.d.conſ.337. num.12. vbi cõmu-
54 niorem appellat, maximè hic, vbi iſti pronepotes extranei,† & etiã nunquam nominati, vt ſup.& Decia. ibi num.4.5.6. & clarius. reſp. 29.lib.4.num.7 8.vbi quia tantùm ſubſtituta filia teſtatoris, nõ nepotes,& ſic filij dictæ filiæ, concludit ad eos non extendi fideicommiſſum, tanquam non vocatos, quos ſi voluiſſet, nominare ſciuiſſet. vulg.§.ſin autem ad deficientis in l.vni. C. de cad.tollen. Dec.conſ. 465.num.8.16.Rol.conſ.34.num.4.5.6.& conſ.43.num.18.19.22.li. 4.Maſc.de probat.in verbo ſubſtituitio, concl.1343. num.5.6. Menoch.proximè ad terminos, conſil.233.num.8.9.lib.3. & conſil.233.
55 num.39. optimè; & † regulariter nati,& concepti poſt mortem teſtatoris, non ſuccedunt in fideicommiſsis, nec cenſentur vocati, vt in ſpecie de filijs fratrum vocatis, & ſubſtitutis tradit Lauren. de Pinu.conſ.13. teſtator num.1.2.lib.1. Surd.conſ.120.num.7. lib.1. poſt Dec.& alios; ergo nullomodo ſub verbo filiorum, uel nepotũ, erunt iſti pronepotes compræhenſi, quatenus etiam ſubaudiretur clauſula ſine filijs, cùm non comprændantur in expreſſa mentione filiorum,& liberorum, ut Doc: omnes mox citati loquuntur; ut alibi dixi. Imò conditio illa, ſi ſine filijs, nõ eſt bona, neque cõcludens ad tranſmittendum fideicommiſſum, præſertim in extraneis, ut per Menoch cõſ.220. num.107.& pluribus ſequen. Petra ubi ſupra nu. 254.fo.120.col.4.uerſi.& in primis dico;& col.ſeq.poſt Rimi. Iun.

Vigeſimo quartò, hæc in caſu noſtro tanto magis, & clarius, cùm
56 ſimus in fratribus, nõ liberis deſcendentibus: † & appellatione fratris in ultimis uoluntatibus, nõ cõtinentur nepotes ex fratribus, ut in ſpecie tradunt. Roland. à Vall. cõſ.55.num.17.lib.1. Burſat.cõſ. 67.num. 2. & hanc dicunt cõmunem, quia intelligitur ſemper per prius, non per poſterius, de quo Alex. conſ.97.lib.2.nu.3.& ſeq loquens in ſtatuto.

57 Vigeſimo quartò,† ſubſtitutio fit caduca, mortuis ſubſtitutis collectiuo nomine uocatis, ante D.Carolum grauatũ, tertio loco ſubſtitutum,& ante diem incertum,& ſic mortem D. Caroli. §. pro ſecundo.

cundo.§.ſi autem ſub conditione.l.unicæ. C.de cad. toll. quia hic ſubſtitutio facta conditionaliter mortuo Carolo. l. hæres meus de conditio,& dem. D. Præſ. Morot.reſp.1.nu.5.9.Curt. Iun.conſ.92.
58 num.6.lib.1.Sim.de Præt.lib.3.dubi.3.Solu.2.num.5.vbi cùm† mors grauati,eſt aſcripta fideicommiſſo,dicitur conditionale fideicommiſſum,ſic Robert.Marant.conſ.10.num.8.lib.1.& Sylu. Aldrob.d. conſ.78.nu.180.181. Franciſ. Viu. qui communem ait inter comm. opin.in verbo ſubſtitutus moriens, fol. 141. Zanch. vbi ſupra, parte 2.num.68.73.74.75.quod remanet pœnes grauatum, & vt latè cõcludit,& de communi etiam teſtatur. Burſat.conſil.1.num.2.3.& 17 poſt multos,quos allegat,conſil.64.num.17.Crau.conſ.152.num.3. Sim.de Prę.lib.3.fol.3.num.7.fol.274.Graſſ.in §. fideicommiſſum. q.66.& 67.num.6.Equ.Ruger.conſil.36.lib.1.num.1.Sfort.Odd.de compend.par.6.art.2.concluſ.4.num.10.fol.112. quando ſubſtituti extranei.Decian.optimè.reſp.29.num.14.lib.4.& num.15.16.Vinc. de Franch.deciſ.525.nu.1.2. Hortenſ.Caualcan.conſ.ſuo poſt tractat.de teſtib.num.24. Sfort.Odd.conſ.38.num.13.conſ.39.nu.57. vbi quod filij grauati prædefuncti, non veniunt etiam iure tranſmiſsionis,vel iure repræſentationis. Magon.deciſ. Lucenſ.82. num. 18.19.ad rem,& deciſ.Florent.134.num.3.4.& ſeq.& num.8.clarius poſt Rolan.Natt.& alios,vbi duplex conditio pręſertim concurrit, vt hic,ſuperuiuentiæ nepotum vocatorum, & mortis Caroli grauati,maximè vbi ſubſtituti ſunt extranei.

59 Vigeſimo ſextò,† hoc quoque caſu,nec ſit trãſmiſsio, cùm ſit fideicommiſſum conditionale,de quo latè Doct.ad l.cum filiofamilias, de leg.1. vbi Crau. num.330. in ſecunda parte, regulam tradit cum ampliationibus, & limitationibus. Gulliel.Bened. in repet.c. Raynutius,par.2.in ver.ſi abſque liberis,el 2.num.71.vbi plura.Tiraq.de retract.lignag. §.1.glo.2.num.24.25.26. Curt. Iun. conſ.92. lib.1.num.9.Zanch.vbi ſupra, par.4.num.6.118.127. Peregr. latè, art.31.num.6.vbi iura,& auctoritates congerit,& num.7. rationem adducit.Decia.latè,vbi plures quoque recenſet, reſp.29. nu.16.18. lib.4.Marius Anguiſſ.conſ.122.lib.1.num.7.& 46.Menoch.cõſ.209 num.6.7. Roland.fuſiſs.multis collectis conſ.38.lib.4. num.11. vbi communẽ,& num.17. tanto magis in tranſuerſalibus, vt hic, & vbi ſubſtitutus non fuit in ſpecie nominatos,vt in caſu noſtro, iſta duo concurrunt.Burſat.conſ.170.num.42.vbi communem ait, & conſ. 337.num.43.vbi communiorẽ dicit,& conſ.261.num.12.lib.3.Sfor. Odd.conſ.37.num.1. vbi etiam communem, & communem quoq; ait Villalob.commun.opin.in verb.fideicommiſſum,num.40.Surd. pluribus relatis,conſ.253.num.27.lib.2. & cõſ.267.num.38. Achil.

Pedroc.

Digitized by Google

Pedroc.conſ.22.num.15.16.etiam in deſcendentibus teſtatoris, latè poſt multos.& conſ.40.num.297.298.299. Marc. Anton. Eug.conſ. 61.num.23.24.25.Gabriel fuſiſsimè, de hæred.inſtit.cócl.2.Borgn. deciſ.19.nu.36.par.3.Sebaſt. Medic.poſt Mant. & alios d.deciſ.24. num.3.vbi magis communem teſtatur,quòd in liberis etiam deſcẽdentibus non tranſmittatur. Vin.deciſ.300. num. 1. & ſeq. & latius deciſ.398.num.1.& ſeq.Equ.Ruger.d.conſ.36.num.2.3.latè, & cóſ. 43.num.41.eod.lib.fuſiſsimè præter alios Petra vbi ſupra q.9. num. 254.in 2. col. verſicu. ſecunda eſt concluſio, vbi per 29. columnas vſque ad finẽ,latè diffunditur,in pulcherrimo perſimili caſu:&multis rationibus, & nodoſis argumentis,caſum noſtrũ examinat, atq; defendit,omniaque contraria ſoluit, & ponit, mea ſententia in claris,ſi acuratè omninò ille legatur, vt rogo, cùm loquatur in caſu nõ ita aperto, vt eſt noſter, & in col.17. 18. fol.119. latius poſt multos proſequitur,oſtendens opinionem gloſ. ad l.is cui de actio. & obliga.communiter damnatam,& falſam.

60 Vigeſimo ſeptimo,† quamuis plures velint,ſtantibus pluribus,& vrgentibus coniecturis, etiam in fideicommiſſo conditionali, fieri tranſmiſsionem,vt latè Menoch. de præſumpt.lib.4 c.67.n.7.8.12 poſt plures.Peregr.copioſè art.31.num.8.9.& ſeq.Burſat.conſ.261. num.13.lib.3.Achil.Pedroc.conſ.40.num.300.& ſeq.tamen loquũtur in deſcendentibus,& vbi coniecturæ plures efficaces,&ampliatiuè,quæ non adſunt hic,& vbi fideicommiſſum ad perſonas nominatas limitatum, & reſtrictum non fuit, vt in caſu noſtro. Zuchar. ſiue Coſtant. Coccapannus, inter conſ. Zuchar. conſ.74. nu. 8. 9. 10.poſt plures.Peregr.d.art.31. nu.9. 10. vbi facta mentio,in aliqua parte teſtamenti diſpoſitiuè, ſiue conditionaliter de liberis, & hæredib. inſtitutorum, vel ſubſtitutorum, quod hic non apparet,quæ traſmiſsio,etiam hoc noſtro caſu, præter iam dicta, clariſsimè ceſſat, cùm mortuis Roffino, & Hectore, ſupereſſet Carolus magis dilectus per teſtatorem, & in ſpecie nominatim ſubſtitutus Doc. ad l.hæredes mei,§.cùm ita ad treb.Petra in ſpecie ad caſum.d.q.9. n.254.fo.121.col.1.verſ. Quod ſi coniecturis certandum ſit,& præſertim, cùm tot ſpecialia per eum collecta,contra communes iuris regulas concurrunt, quæ etiam in caſu noſtro tantò magis. Demum vbi res dubia, contra tranſmiſsionem eſt pronunciandum Petra d. q. 9.nu.254. fo.121.col.1. verſic.Ex quibus patet rem eſſe claram,vbi poſt Menoch.& Riminal.Iunior. communẽ ait,&verſi, ex his itaq; conſtat, &c.

61 Vigeſimo octauò † facit viua etiam ratio illa vulgaris, adducta per Burſat.d.conſ.1.num.5.arg.l. qui habebat, de vulg. quia ſi remanent

manent excluſi alij nepotes teſtatoris, & ſubſtituti, fratres Caroli iunioris, per exiſtentiam ipſius Caroli, & filiorum Franciſci inſtituti, & caducitatem: tanto magis, eorum filij, minus à teſtatore dilecti, quàm eorum parentes nominatim omiſsi: etſi non vocauit filios Caroli, nominatim ſubſtituti, & vltimo defuncti, nec eos ſubſtituit, tantominus cenſentur ſubſtituti, & vocati filij aliorum, non nominatim, ſed collectiuè ſubſtitutorum, tanquam minus dilecti, quàm filij Caroli, ita præclare Menoch. conſ. 233. num. 11. lib. 3. per l. Publius Meuius. §. 1. de condit. & demonſt. Rolan. conſ. 58. nu. 77. lib. 3. Decia. d. reſp. 94. lib. 5. num. 12. 13. D. P. Theſſ. deciſ. 188. num. 4. argum. l. ſi viua matre. C. de bonis mater. Anton. Gabriel. de fideicom. concluſ. 6. Crau. conſ. 992. nu. 20. lib. 6. Burſat. conſ. 179. n. 53.

62 Vigeſimo nonò, † ſicut mortuo grauato, deficiente conditione in perſonã primi, vel ſecundi ſubſtituti, non eſt vlterius ſubſequentibus ſubſtitutionibus locus, latè poſt multos. Decia. reſp. 77. lib. 4. num. 39. reſp. 57. num. 2. lib. 5. Rolan. conſ. 34. num. 62. lib. 4. Burſa. conſ. 337. num. 20. Surd. conſ. 545. lib. 4. num. 1. Peregr. de fideicom. art. 15. num. 29. Surd. deciſ. 144. num. 13. 14. ita hic, caducata, & extĩcta ſubſtitutione in perſonam fratrum. D. Caroli vocatorum, alijs locus non erit; etſi poſſent dici tacitè vocati, quod expreſsè negatur. Borgn. d. deciſ. 5. num. 34. poſt multos.

Trigeſimò, contraria de excluſione fœminarum, fauore familiæ, & perpetuitate in agnatione; & prohibitione de non alienando, in quo ſolo tota vis, & fundamentum partis aduerſæ conſiſtit, nõ ob-

63 ſtant, † nam primò procedunt in neptibus, ſororibus franciſci inſtituti, & aliorum ſubſtitutorum reſpectiuè, quæ tunc erant plures; non iſtis poſtea natis. Surd. conſ. 554. num. 22. 23. lib. 4. Item nulla data caducitate; & vbi filij, & liberi eſſent deſcendentes teſtatoris, non colaterales, & extranei, vt in caſu Hubert. Zuch. conſ. 74. num. 7. 8. & ſeq. & vt ex plurib. deducit Achill. Pedroc. d. conſ. 38. nu. 66. 67. 140. & ſeq. Roland. conſ. 25. num. 21. lib. 4. Equ. Ruger. nominatim, conſil 25. lib. 1. num. 31. 32. latè. Surd. conſ. 443. num. 19. 20. lib.

64 3. Achil. Pedr. iterum, conſ. 39. nu. 12. † vbi rationes diuerſitatis congerit inter deſcendentes, & trãſuerſales, ſiue collaterales; & latè etiã Alex. Raud. lib. 1. reſolut. c. 71. num. 257. Peregr. latè arti. 30. num. 2. 13. 14. 19. & alijs. & communiter omnes, maiorem habent affectionem ad deſcendentes, quàm tranſuerſales l. in ſuis de liber. & poſt. Decian. latè reſp. 10. lib. 3. num. 58. & ſeq. Achil. Pedroc. conſ. 40. nu. 304. & quia certum eſt, quod difficilius, inducitur onus reſtitutionis fideicommiſsi ad commodum tranſuerſalium, quàm filiorum, & deſcendentiũ, l. cum auus de cond. & demonſt. Menoch. poſt Soc.

conſ. 253

conſ.253.num.9.lib.3.& in caſu noſtro,hoc patet apertè:quodq;in filijs,& deſcendentibus teſtatoris,cenſeatur habita ratio familię,& agnationis,per clauſulam iam dictam, & conſequenter cenſeantur omnes maſculi tacitè vocati,atque ad eos perpetuari facilius dicatur fideicommiſſum,fauore familiæ relictum, cùm ad ipſos etiam ſucceſiuè perueniat, & perpetuetur ſucceſsio,tamquam rerum dominos,& ſplendor memoriæ relinquentis fideicommiſſum l.in ſuis de liber.& poſt.cum vulgaribus. Quæ ratio,ceſſat in trāſuerſalibus, in quibus non ità facilè maſculinitatis, agnationis, & familiæ cenſetur à teſtatore habita ratio, niſi ab ipſo teſtatore clarè, & nominatim exprimatur: aliàs tàm ſuccedunt defuncto fœminæ, quàm maſculi, niſi alijs verbis vocentur, vocando proximiores, vel attinentes de agnatione, & familia: vnde ſolet oriri illa ſolemnis quæſtio à Doctoribus., tam agitata, num cenſeantur hoc caſu vocati proximiores teſtatoris, vel hæredis, & vltimi poſſeſſoris,de qua latè Couarru. practicar.quæſt.cap. 38. Dom. Preſ. Theſ. deciſ. 64. per totam. & ad caſum noſtrum, præter ſtatuta Italiæ hæc demonſtrantia, pro hac ſolida opinione eſt caſus apertus in vulgata l.cum ita §.in fideicommiſſo de lega.2.ibi,qui nominati ſunt. Ripa ad §.diui. nu.31. ſed in caſu noſtro,nulli alij nominati ex tranſuerſalibus,quàm nepotes, ergo res plana, non alios, quàm nominatos maſculos cenſeri vocatos:eoq;magis, cùm hic veſtiatur agnationis fauor,in ſpeciali fideicommiſſo tantum conſideratus, duabus illis potiſsimis cauſis,à Doctoribus conſideratis, prohibitione de non alienādo toties repetita: & quia res prohibita alienari, fuerit maiorum ſuorum., quod non cadit in palatio à teſtatore empto, vt per Rip.ad d.§. diui num.3.4.5. quæ nō ſolent tam diffusè ad tranſuerſales extendi, teſtatori remotiores, in quibus ceſſat tanta affectio iam conſiderata. Nec aliquis,quem viderim,ita rem hanc extricat, quæ aduerſariorum fundamentum,in hac parte proſternit.Sicut,& differt teſtamentum inter liberos, & inter alios deſcendentes. Gul. Bened.in repet.c.Raynutius in ver.in eodem teſtamento relinquēs, el 2.num.39.vſque ad 23.& Ludou. Zunt. in reſp.pro vxō. nu.620. & ſeq.626.& alijs.Rurſus,et aliud in teſtamento inter liberos, quā in teſtamento venientium ab inteſtato; in primo teſtes duo requiruntur,in ſecundo quinque,l.hac conſultiſsima.§.ex imperfecto.§. ſi quis autem.C.de teſtam.Zunt.num.712.713.714. Petr. Dominic. Magdalen.de numero teſt.par.1.c.17. limita.2.per totum, et nu.19. 20.et alijs.et paſsim ità Doct.loquuntur. D.P. Theſſ.d.deciſ.188.n. 2.ubi filia erat de liberis poſitis in cōditione. num.4.pro caſu multa,et Graſſ.ubi ſupra.Et ubi facta alienatio uoluntaria;et ſic in caſu

 contra-

Digitized by Google

contrauentionis Rolan.con.43.num.42.lib.4.poſt plures.Burſat.d. conſ.13.nu.60.61.conſ.140.num 11.conſ.157.num.34. quod hic nõ
65 eſt:ommiſſa illa quæſtione.† An prohibitio ſit perſonals, vel realis, vt per Graſſ.de fideicomm.q.5,Crau.conſ.992.num.24.quæ hic vacat,attenta reſtrictione ad nepotes tantum,vt infra. Item, quia per dictionem ſemper,videretur confuſa, & fortè,circumſcripta reſtrictione limitat.Item vbi ſubſtituti liberi hæredes, & deſcendentes, non autem facti plures ſubſtitutionum gradus,vt hic Decia.reſp.64 lib.4.num.7.& reſp.33. num.40. lib.5, quia caducata ſubſtitutione, euaneſcit fideicommiſſum. Et in omnem euentum,ille fauor agnationis,cum excluſione fœminarum,& perpetuitate cum prohibitione de non alienando, tantum extendendus ad ſpeciale illud fideicommiſſum Caſtrinoueti, ad quod tota diſpoſitio teſtatoris cõuertitur;quod fuit tandem extinctum,per iura creditorum. Ergo aliud fideicommiſſum vniuerſale,liberum remanſit ad vlimum grauatũ, qui potuit de eo diſponere in fauore filiarum, vt infra latiſsimè. & etiam de alio Caſtrinoueti, ſi extant per mortem præſertim ſubſtitutorum ante D. Carolum grauatum, & reſtrictionem ad nepotes tantum.

Trigeſimò primò,& ſic clarius illæ fauor agnationis,& prohibi-
66 tio alienationis,cum excluſione fœminarum,† attenditur ſolùm in caſibus à teſtatore expreſsis, non alijs, vt poſt multòs nominatim concludit.Surd.conſ.443.lib.3.num.10. Item extenduntur iſta tantum ad nepotes nominatos, & ſubſtitutos, & pronepotes ex Franciſco inſtituto,ſi filios ſuſcepiſſet,qui tantum vocati; non autẽ poſſunt extendi, & verificari ad pronepotes non nominatos in teſtamento,nec Codicillis, & tempore teſtamenti,neque natos, neque
67 conceptos,tùm † quia vltima derogant prioribus,declarant, & reſtringunt,l.pacta nouiſsma C.de pact.vbi Dec. nu.2.3. & alij.ad rẽ latè Sim.de Prĕt.lib.2. dubita.1. num.4.fo.mihi 131. & ſubſtitutio
68 ſequens reſtringit,& limitat fideicommiſſum ad nominatos,† & cõſequenter declarat illam clauſulã prohibitionis extra maſculos de parentella de Murris, in principio poſitam. Euerard. in loco à ratione leg.ſtrict.num.4.Surd.d.deciſ.85.num.3.& conſ.554.lib.4.nu. 40.quia inſtitutio,& ſubſtitutio caput,& fundamentum ſunt totius teſtamenti,à quo cætera regulantur, & pendent. §.ante hæredis in-
69 ſtitutionem.Inſtit.de legat. †& clauſula ſequẽs,ſemper refertur ad omnia præcedentia.D.Ozaſ.conſ.67.num.13. latè Anton.Gabriel. de clauſul.concluſ.9.& præcedens clauſula,non eſt tantæ potentiæ, & efficaciæ ad ſequentia,vt è contra;tantò magis, vbi valdè remota.D.Ozaſ.deciſ.164.nu.3.Gabriel.d.concluſ.9.num.12.Tum etiã,

quia

quia appellatione filorum,non continentur nepotes,& pronepotes,
70 vt per Achil.Pedroc.conſ.38.num.1. vt infra † tum etiam, quia regulariter illæ clauſulæ,non extenduntur,vt ſupra, ad perſonas non expreſsè vocatas,& non nominatas. Dec.conſil.287.per pulchrè.n. 8.9. Alba conſ.13.num.5.Crau.conſ.98.num.13.14.conſ.992.nu.36. conſ.984.nu.10.Burſat.conſ.158. num.29.30. Achil. Pedroc. dicto conſ.38. num.4.11.16.24.25.141. vbi videtur amplũ conſilium pro hoc caſu editum:vbi etiam erant teſtamentum,& codicilli.num.38. 30.Mant.latiſsimè.lib.3.tit.19.num.8.& lib.6.tit.14.num.22.Sebaſt.
71 Med.d.deciſ.24.num.6. vbi apertè tradunt, † diſpoſitionem factã in fauorem maſculorum,reſtringi ad perſonas ab eo nominatas, & ad alias non ſpecificatas,non extendi fideicõmiſſum. Decian. poſt multos reſp.1.lib.2.num.178.179. non obſtante ratione conſeruandæ agnationis. Surd.conſ.96.num.10.11.lib.1.Menoch. de præſ.lib. 4.præſ.69.num.11.fuſiſsimè,vbi plures congerit. Rol.d. conſ.43.n. 49.lib.4.cùm hic præter nominatos,nõ vocati alij ſub nomine collectiuo, proximiores, vel attinentes; qui ſi hoc voluiſſet, debuiſſet clarius,& apertius loqui,inſtituendo Franciſcum,& eius filios:poſt eos ſubſtituendo alios nepotes, & poſt nepotes, alios proximiores de parentella,& agnatione;quod cùm non fecerit,contra eos interpretatio facienda,qui ſe vocatos prætendunt, & fundant in dubia mente teſtatoris, vt infra num.114.D. Præſ.Morot.reſp.6.num.15.

Trigeſimo ſecundò,facit alia efficaciſsima ratio cõtra iſtos pronepotes;quòd eorum patres non fuerunt vocati ad fideicommiſsũ, niſi collectiuè,& poſt mortem D. Caroli vltimi nominatim ſubſti-
72 tuti;† ergo cum debuiſſent expectare mortem D. Caroli, interim non poterant eſſe hæredes,quia tunc cõditio pendebat. l. is qui hæres,de acq.hæredit.l.ſi hæredi plures, & l.fin.de cond. inſtit. ſi non potuit adiri in vita,ergo decedentes non tranſmiſerunt,quia extra-
73 nei;†cùm extranei,hæreditatem non aditam, non tranſmittant.l. vn.§.in nouiſsimo C.de cad.toll.Corne.ad rem conſ.298. lib.3.ſub litt.R.circa fin.pulchrè Rol.à Vall.conſ.57.num.56.57.& ſeq.lib.3. & copioſius vbi multa ſimilia adducit.Decia.reſp.91.lib.5.num.11.
74 12.& ſeq. † Nam ſubſtitutio, quæ nundum competit,extra noſtra bona eſt l.ſubſtitutio de acqu. rer.dom.vbi optima glo. in ver. ſubſtitutio l.non ideò minus de rei vindic.vbi etiam gl. Zanch. vbi ſu-
75 pra par.4.num.7. † Atque deſcendentes ab excluſo, propter defectum conditionis, non poſſunt admitti ex dicta ſubſtitutione, quæ iam expirauit Decian.poſt Anchar.& Alex.reſp.2.lib.2.num.29.ergo eorum parentibus morte excluſis, vana pronepotum iſtorum,
76 ante conditionis euentum prætenſio; † quia ſubſtituti conditione

L 3 defecti,

defecti, non tam dicuntur excludi, quam perinde haberi, ac ſi nunquam fuiſſent ſubſtituti, l. pecuniam, quam vbi Dec. in 2. notab. ſi cer. petat. Crau. in reſp. pro gene. num. 392. Rol. conſ. 58. nu. 15. lib. 3. Zanch. vbi ſupra, in 1. par. num. 15. poſt multos.

Trigeſimo tertiò, alia adduci ratio poteſt, ſatis vrgens; quod nõ poſsint aſpirare ad iſta bona, & etiam fideicommiſſum, ſi extaret vniuerſale, & duraret adhuc in palatio: quia cùm Franciſco fuerit
77 facta ſubſtitutio, ſub illa conditione, ſi deceſſerit ſine filijs, † quæ in alijs etiam ſubſtitutis repetita non cenſetur, vt poſt multos teſtantur. Borgn. Caualc. d. deciſ. 5. num. 43. par. 3. Peregr. art. 16 nu. 55. poſt medium. Achil. Pedroc. d. conſ. 38. num. 64. 65. 71. 121. & num. 133. 134. & ſeq. reſpondet ad contraria conſ. Capr. & Crau. eò magis, cum extraneus num. 176. 177. Decia. reſp. 10. lib. 3. nu. 52. poſt Andr. Sicul. & alios, qui fortius loquuntur in filijs teſtatoris,
78 † vt talis conditio appoſita vni filio, non cenſeatur repetita in alio filio: Idem poſt alios Achil. Pedroc. d. conſ. 38. num. 64. multo magis ergo in nepotibus tranſuerſalibus, vt hic Mant. lib. 11. tit. 1. nu. 8. ſed quod debet conditio impleri in eo, cui aſcripta. Quod muni-
79 tur ex approbata illa, & communi concluſione, quod † vbi in perſona vnius, facta fuit mentio de filijs filiorum, in alia non, tunc ceſſat diſpoſitio, l. cum auus, de cond. & demonſt. vt poſt plures cõ-
80 cludit Magon. deciſ. Florent. 52. num. 12. † & imò tali caſu, liberi in conditione poſiti, nõ cenſentur vocati, quamuis nepotes, & ex deſcendentibus teſtatoris, de quo gl. & Doc. ad vulg. l. Lucius. de hæred. inſtit. quæ communis eſt, vt per D. P. Theſſ. deciſ. 96. num. 6. poſt Ruſticut. & alios. Decian. d. reſp. 57. num. 3. lib. 5. Pedroc. d. conſ. 38. num. 113. vbi pro, & contra plures adducit. Mant. lib. 11.
81 tit. 2. num. 1. Surd. d. conſ. 554. lib. 4. num. 20. † tanto minus cenſentur vocati, ſi ſint extranei, & collaterales teſtatoris, non ipſius deſcendentes, ſecundum veriſsimam, & omnium communem, atque approbatiſsimam opinionem, de qua latè per Clar. in §. teſtamentum. q. 77. nu. 2. Mich. Graſſ. de fideicom. quæſt. 13. num. 2. Alexand. Raud. lib. 1. variar. reſol. c. 71. num. 214. Borg. Caual. d. deciſ. 5. num. 18. par. 3. Si non cenſentur vocati, & ſubſtituti in expreſſa conditione, quæ non cenſetur repetita, tanto minus in tacita, vt hic Mãt. lib. 10. tit. 7. nu. 21. quæ conditio in fratre, & collateralibus, non intelligitur Mant. d. lib. 10. titu. 8. nu. 25. Crau. poſt multos. conſ. 992. nu. 40. lib. 6. Imò ſi acuratè perpẽdãtur verba teſtatoris, ibi, di ſorte che l'vno, morẽdo l'altro ſucedi; tantũ vocauit gradatim nepotes, nõ eorũ filios: & ad illã dinumerationẽ referẽdus agnationis fauor, nõ autẽ referẽdus ad alios, non expreſsè vocatos: adeò, vt filij maſculi

Caroli

Digitized by Google

Caroli (ſi extitiſſent) nõ excluſiſsēt Ruffinũ, & Hectorē, ſi illi ſuper vixiſſent, Petra ſuſiſsimè d.q.9.n.154. Qui etiã Ruffinus & Hector, ſucceſsiſſent ſimul, non ordine ſucceſsiuo, vnus poſt alium: ergo in ſucceſsione diffuſa, & diuiſa, non poteſt aptè dici durare, & conſeruari fauor, & perpetuitas agnationis, ut ſupra tetigi nu.61.

Trigeſimo quartò, cùm vltima ſubſtitutio, debeat potius regu-
82 lari ſecundum præcedentem ſubſtitutionem, † quam inſtitutionē, quia in habentibus Symbolum faciliori tranſitus. Decian. reſp. 1. lib.2.nu 185. Maſc. de proba. conclu. 1346. n. 13. in ver. ſubſtitutio. ergo vltima ſubſtitutio aliorum, collectiuo nomine vocatorum, inde præmortuorum D. Carolo, debet regulari ſecundum alias vltimas ſubſtitutiones D. Alexandri, & D. Caroli, quibus non appoſita conditio, ſine filijs; non ſecundum inſtitutionem Franciſci: ergo eorum filij non vocati, ſed omiſsi: Ideò tanto minus per iam dicta cenſebuntur vocati iſti pronepotes, qui ſunt extranei, & in
83 gradu remotiori; ut in pleno reſp. Decia. 94. lib. 5. † quia etiam vſus fuit verbo filiorum, non liberorum, & ſi alij hanc diſtinct. reijciant, vt per Graſſ. in §. fideicommiſſum, q. 33. nu. 2. Equ. Ruger. conſ. 43. lib. 1. nu. 110. & ſeq. Anton. Cioff. conſ. 27. nu. 2. lib. 1. Decian. latè reſp. 1. lib. 2. nu. 27. Surd. conſ. 554. nu. 10. 11. Hieronym. Zanch. in repet. l. hæredes mei. §. cum ita par. 3. n. 12. Petra. q. 9. n. 166. præſer-
84 tim † ſecundum communem vſum loquendi, & intellectum idiotarum, filiorum appellatione, non continentur nepotes. Zaſ. conſ. 7. lib. 1. num. 1. Rol. conſ. 43. n. 29. lib. 4. D. Senat. Theſaur. q. Foren. li. 1. q. 91. num. 9.

85 Trigeſimo quintò † cùm iſti pronepotes, tempore teſtamenti, vt iam dictum, neque nati, neque concepti fuiſſent, filiorum appellatione minimè continentur; quia ſi non continentur nepotes, tanto minus pronepotes, quando ab vno ex tranſuerſalibus facta eſſet ſubſtitutio, vt hic: ita hanc opinionem poſt multos ab eo congeſtos crebriorem appellat. Achill. Pedroc. d. conſ. 38. num. 1. & 35. & nu. 20. 21. loquitur de filijs Sim. de Præt. de interp. vlt. vol. lib. 2. ſol. 3. nu. 303. Rolan. conſ. 43. nu. 30. 31. & ſeq. & nu. 37. 38. lib. 4. Equ. Ruger. conſ. 43. lib. 1. nu. 29. diſtinguens inter nepotes deſcendentium, & tranſuerſalium. Io. Petr. Bimius. conſ. 1. nu. 9. 10. latè, quia ſi voluit præferre D. Carolum, alijs non nominatim ſubſtitutis, ſed col-
86 lectiuè; tanto magis eorum liberis, tunc non natis; † quia nati poſt mortem minus dilecti præſumuntur Magon. deciſ. Lucenſ. 83. nu. 8. poſt multos Equ. Ruger. conſ. 25. nu. 19. lib. 1. Decia. reſp. 29. lib. 4. nu. 25. 26. & hac ratione filias D. Caroli magis dilecti, filijs aliorum minus dilectorum, cum non videatur vlterius cogitatum, quã

de nepotibus illis, quorum pronepotum inde iura, & ſucceſſorum, fuerunt extincta, mortuis ipſis patribus, ante D. Carolum, vt ſupra. Sim. de Præt. ad rem vbi ſupra lib. 2. fol. 3. nu. 131. 132. Rolan. d. cõſ. 43. nu. 41. 42. Burſat. d. conſ. 337. lib. 3. nu. 46. quod patet apertius, quia in inſtitutione, inſtituit etiam filios Franciſci inſtituti: in ſubſtitutione verò aliorum, non ſubſtituit eorum filios, nec appoſuit illam conditionem, ſi ſine filijs deceſſerint; ergo non dilexit, nec tantam habuit affectionem ad poſteritatem aliorum fratrum col-
87 lectiuè ſubſtitutorum, quam Franciſci, quia amor longius progrediendo attenuatur. Alex. Raud. var. reſolut. lib. 1. cap. 71. nu. 157. &
88 † quemadmodum etiam magis dilexit Carolum, in ſpecie nominatum, ita etiam magis poſteritatem Caroli dilexit, quam aliorum non expreſsè vocatorum. Robert. Marant. conſ. 10. nu. 17. Rolan. d. conſ. 43. nu. 41. lib. 4. valdè ad rem loquens. Crau. in terminis conſ.
89 984. nu. 18. 19. vbi magis † dilectus præſumitur, qui in ſpecie, & nominatim fuit ſubſtitutus, quàm qui in genere, & nomine collectiuo, iuribus, & auctoritatibus per eum allegatis; & illa clauſula, & inſtitutio de filijs Franciſci, proculdubio nõ extẽditur ad alios nepotes, etiam ſubſtitutos, quòd ſcilicet eorum filij etiam cenſeantur vocati, & inſtituti, vt filij Franciſci, & repetita cenſeatur clauſula, ſi ſine filijs, vt ſupra ex Pedro. latè deduxi, d. conſ. 38. nu. 133. 134. & ſeq. & ſic præter nepotes, & filios Franciſci, non habita ratio agnationis in alijs ab eis deſcendentibus.

90 Trigeſimo ſextò, † eò magis res clara, quia cum teſtator inſtituerit hæredes Franciſcum, & eius filios legitimos, & naturales, oportebat etiam ſubſtitutos fideicommiſſum prætendentes eſſe Frãciſci hæredes, quod non fuit, imò eius hæreditatem, vt allegatum, repudiarunt, ergo hæreditatem, & ſic fideicommiſſum tranſmittere ad eorum filios non potuerunt. Zuch. d. conſ. 74. nu. 10. Doct. ad l. ſi quis filium. C. de inoff. teſtam. Crau. in repet. l. cum filiofam. de leg. 1. par. 2. nu. 340. Zanch. vbi ſupra par. 4. num. 107. & ſi de filijs
91 plerique loquantur. Peregr. art. 31. nu. 14. † & videntur impugnaſſe iudicium defuncti, non acceptando hæreditatem hæredis ab eo inſtituti, ergo fructum ex teſtamento conſequi nequiuerunt, nec trãſmittere. Crau. conſ. 984. nu. 109. lib. 6.

92 Trigeſimo ſeptimò, † fideicommiſſum, rurſus præmiſſa clarius repetendo, ſi ſpecialiter relinquatur aliquibus de familia, alij non admittuntur, & ſic cum relictum nepotibus tantum, pronepotes excluſi. Crau. conſ. 98. nu. 5. & ſeq. conſ. 161. nu. 6. 7. conſ. 984. nu. 10. Borgn. deciſ. 19. nu. 41. par. 3. vbi nu. 32. quod appellatione filiorum, etiam non veniunt nepotes in ſubſtitutionibus, & nu. 33. & ſeq. †

Digitized by Google

93 ſeq.† quod in ſubſtitutionibus,non fit extenſio de vna perſona nominata,ad aliam non nominatam, etiam ſi eadem, vel maior ratio reperiatur,& deciſ.5.num.15.16.poſt Surd.conſ.55.nu.24. & conſ. 67.nu.39. Maſcard.de probat. concl.1346.nu.25. in verb. ſubſtitutio. Petra. q.9. nu. 182. Menoch. conſ. 233. nu. 11. lib. 3. D. Oſaſ. conſ.22. nu.5 8.9. Burſat latè conſ. 227. nu.7. lib.3. conſ. 337. nu. 6.7. vbi communem, & nu.77. Sfort.Odd. conſ.66. nu. 98.99.100. conſ.67. nu.18. poſt magnam Doc. congeriem magis communem oſtendit.& conſ.45.nu.25. & Decia. reſp.10. lib.3. nu.43.D. Senat. Theſaur.q.Foren.lib.1.q.74.nu.10. Decian. d.reſp.1.lib.2. nu.145. 148.180.& reſp.2.lib.2.nu.23.27.31.34.35.70. quando ſe reſtrinxit ad certum caſum, & ad certam perſonam, & nu. 74. rectè ad rem omninò,quòd non extendatur grauamen ad vlteriores,quia odioſum;cum aliàs ſubſtitutiones traherentur ad infinitum, & remo-
94 tiores grauati:† & non eſt nouum,quòd vlteriores,ſint quandoque melioris conditionis, quàm proximiores, ut in filijs Franciſci remotioribus, aptis excludere alios ſubſtitutos,fratres ipſius Franciſci, teſtatori proximiores; vt latè per eum, & reſp. 3. nu.22.23.24. & item num. 13.14.15.16. & hæc non obſtan. fauore agnationis. Surd.latiſs. conſ. 554. nu.21. & conſ. 443. nu.6. lib.3. Euerard. in loco à ratione legis larga. nu.47.& in loco à natura dictio. taxatiu. num.2. ergo nepotibus tantum expreſsè vocatis, non admittentur pronepotes.

Trigeſimo octauò, conſidero quòd teſtamentum conditum anno 1561. & ſic annis iam quinquaginta D. Franciſcus primo loco inſtitutus,diu poſſedit palatium. Inde D.Carolus, qui ſemper penſionem ſolus habuit;maximam curam, & labores,expenſaſque gra-
95 ues perpetuò ſolus ſuſtinuit:† & ſic quemadmodum expirat fideicommiſſum etiam agnationis fauore, cum prohibitione de non alienando in perpetuum, quando excedit quartum gradum, vt in Auth. de reſtit. fideicom. Robert. Marant. in tract. de multiplici alienatio.nu.185.optimè ad caſum.Menoch.d.conſ.233.nu.22.23. Sim.de Pręt.de interpret. vlt. volun.lib.3. dub.6. ſolut.1.nu.2. Decian.reſp.1. lib.1. nu.196. & reſp.57.lib.5.nu.5. latiſsimè. Mant.de coniect.lib.8.tit.2.nu.21.22.Petra de fideicom. q.8.nu.32.35. poſt multos,vbi dictum etiam in perpetuum,valdè ad rem.& Alex.Raudenſ.lib.1.reſolut.c.71.nu.273.274.allegans Gallos,nolle fideicommiſſa extendi ad quartum gradum, & tanto magis in tranſuerſalibus,vt hoc caſu noſtro,& vbi extra familiam eſt prohibita alienatio,& fideicommiſſum conſtitutum;non autem ſumus in liberis, & deſcendentibus, vt doctè, ſubtiliter,& copioſè Peregr. titu.30. nu.

12.13.&

Digitized by Google

12.13.& ſeq.& nu.16. per integram columnam, vbi indiſtinctè reſtringendam tradit prohibitionem ad quartum gradum, per diſpoſitionem d. authen. de reſti. fidecom. & paſsim Doct. Ita etiam ſtante lapſu tanti temporis, & tot perſonarũ, & graduum dinumeratione, & ſi non ſimus in quarto illo gradu, debet ſapere naturam extinctionis, per rationem d. auth. præſertim in tranſuerſalibus, nõ deſcendentibus, vt iura, & Doct. loquuntur. Alex. Raud. de Analog. c.15. nu.312. Iunctis præſertim tot alijs fundamentis, cumulatiuè, & inconuincibiliter hoc ſuadentibus: & ſi hoc in fideicommiſſo ſpeciali, & ſtricto Caſtrinoueti; tantomagis vniuerſali palatij, ſi in eo, vt iam dixi, poſſet durare.

Trigeſimo nonò, hinc infertur etiam, vt quatenus in palatio poſſet dici vigere, & tranſlatum fideicommiſſum, per extinctionè ſpecialis fideicom. Caſtrinoueti, (quod negatur,) facilius potuerit per D. Carolum alienari in proprias filias, quia illa dictio ſemper in agnationem, & parentellam transferri, ſecundum ſubiectam materiam, ſatis videtur operata effectum ſuum; in ſpacio triginta an-
96 norum, † tanto magis quinquaginta; fortius in fideicom. ſubrogato non ſpecifico. Surd. de tali dictione ſemper loquens. deciſ.2. nu. 10.11.12.13. vt de tali ſimilis caſus alienatione, paſsim concludunt. Doct. communiter ad l. voluntas, vbi Iaſ. nu.9. C. de fideicom. Ant. Gabriell. de fideicom. concl.10. num.1. & ſeq. Crau. d. conſ.984. nu. 140. Burſat. conſ.64 nu.5. Franciſ. Milaneſ. deciſ.1. nu.143. ad rem
97 Achill. Pedroc. d. conſ.38. nu.125. † licet ſtante perpetuitate fideicommiſsi, verbis geminatis, & prægnantibus, fauore deſcendentiũ, alij concludant non poſſe diſponere; nec alienare. Gabriell. d. cõcl. 10. nu.12. Hubert. Zuchar. poſt plures, d. conſ.74. nu.14.15. & ſeq. quæ limitatio non cadit in caſu noſtro, cùm ſimus in tranſuerſalibus, in fideicommiſſo reſtricto ad perſonas, & ſic ad nepotes; & reſtricto ad res, & ſic bona Caſtrinoueti; ergo in palatio, & alijs tenet diſpoſitio, & firma remanet concluſio affirmatiua.
98 Quadrageſimò, † & ipſæ filiæ D. Caroli, poſt particulariter ſubſtitutos, tacitè cenſentur hoc caſu etiam vocatæ. Achill. Pedroc. poſt
99 plures. conſil.40. nu.146. † tanto magis pro maritandis ipſis filiabus, & dotibus dandis, tàm nuptis, quam non nuptis, & in capilo exiſtentibus, cùm alioqui res ſit ſibi valdè anguſta, arg. Auth. res quæ. C. comm. de leg. quod prouenit ex præſumpta voluntate teſtatoris Menoch. latè poſt multos lib 4 præſump. cap.189. nu.5.21. &
100 regulariter † l. illius diſpoſitio, tantum locum habeat in deſcendentibus teſtatoris, non tranſuerſalibus. Sylu. Aldobr. latè, conſil. 78. nu.149. & ſeq. Zuch. d. conſil.74. nu.31. Peregr. art.42. num.30. & ſeq.

Digitized by Google

ſe.& nu.49.& hæc comm.Petra de fideicommiſ. q.8.nu.386. tanto
101 † magis in non natis, neque conceptis tempore teſtamenti. D. Preſ.Theſſ.deciſ.192.num.11. & palarium,ſecundum mentem teſtatoris,vt ſupra deduxi, veriſimiliter hac de cauſa vendi diſpoſuiſſet. & mandauit vendi pro ære alieno perſoluendo,extincto etiam corpore fideicommiſsi Caſtrinoueti,per neceſſariam alienationem, & leuationem de gagio, factam à creditoribus Peregr. de fideicom. art.40. num. 28. & ſi teſtator de hoc contingenti pio caſu pronepṫum maritandarum, poſt ſublatos nepotes cogitaſſet, ſecundum eius mentem, ex teſtamento declaratam reſtrictiuè: ita quoque
102 apertioribus verbis diſpoſuiſſet, †.ad tradita in l.tale pactum. de pact.l.Titius.§.Lucius.de lib.& poſt.Crau.conſil.98.nu.2. Gabriel. de regul.iur.conclu.10.latiſsimè. Burſat.conſil.13.num.62. Peregr. de fideicom.art.11.nu.32.Cum diſpoſitio illius authen. ſit fauorabilis.Petra vbi ſupra num.420. 421. ob id extendenda, tamquam fundata in præſumpta mente teſtatoris Petra num.442. & vt ſupra per Menoc. Ad quod valdè confert elegans reſp. Decia.1. nu.185. & ſeq. lib.2.vbi multa ad caſum,de quo Mant. lib.6.tit.15. num.7.
103 vbi quamuis fauore agnationis ſubſtituti maſculi, & excluſæ fœminæ,non propterea omnes deſcendentes maſculos intelligitur teſtator ſubſtituiſſe,& fœminas perpetuò excluſiſſe,multorum auctoritatibus iſta comprobans,& de ſimili caſu plura, D.Preſ. Theſſ.d. deciſ.188. & Vincent. de Franch. qui eum allegat, & alios adducit pro nepote, contra ſubſtitutum deciſ. 586. per totam. Et quamuis aduerſarij tamquam maſculi,& de agnatione,quibus etiam nō valdè amplum patrimonium, hanc rationem præſumptæ voluntatis teſtatoris,pro ipſis potius facere, ſint reſponſuri. Tamen longè diuerſa ratio, quia fęminæ, niſi competenter,ſecundum ſplendorem familiæ dotentur,vel monachentur l. 1. Solu. matrim. Burſat. optimè conſ.226.lib.3.nu.88 89.cogentur,vel mendicare,aut alijs inſeruire,vel fortè,(quod abſit,)prolabi quādoque in inſidias l.ſi filiā tuam cum authen.ibi poſita C.de inoſi.teſtam. vbi Doc.Quæ ratio ceſſat in maſculis, qui vel ad bellum proficiſci,vel honorificè Principum, aut aliorum hæroùm fortunam experiri, atque maiorum ſuorum gloriam augere,& ſic longè diuerſa ratio.

104 Quadrageſimo primò, † poſſet dici, fideicommiſſum quoque finitum per mortem D. Caroli,vltimo loco defuncti, ex traditis à Peregr. de fideicom. art.52. num.2. per totum. Io. Petrus Bimius, conſ. 2. num. 59. 60. Item quia ſubſtituit vſque ad vltimum; ergo
105 ipſe vltimus non grauatus,†per dictionem vſque, quæ ſtat excluſiuè, cum fideicommiſſum contineat onus, & grauamen, vt in ter-

minis

minis tradit. Dec.conſil.511.num.3. de patre, qui ſubſtituit quatuor filijs ſuis, vſque ad vltimum, quòd vltimus non erit grauatus, quia continet onus; allegat gloſ. ad hoc in l. idem vſque de dolo: ita hic D.Carolus, non erit grauatus, quia vltimus deceſsit, alijs iam præmortuis per dictionem vſque, & mortuo D.Carolo, nulli ſupererant, quibus poſſet reſtitui fideicommiſſum, ergo liberè, D. Carolus potuit de eo diſponere. Sylu. Aldobr.conſil.78. nu.143. inter conſ. Zuchar. Decia. d. reſp.2. lib.2. nu.21.22. Sim. de Præt. poſt iura, & auctoritates per eum allegatas.lib.3.dub.6. ſol.3.nu.1. Rol. d. conſ.43. lib.4. nu.49. poſt princ. quòd tali caſu potuit vocatus diſponere in proprias filias.

106 Quadrageſimo ſecundò, † non poteſt iſta caducata ſubſtitutio fideicommiſſaria ſuſtineri, & iuuari profunda illa quæſtione à Doct. agitata ad l.quandiu, la 3. de acquir. hæred. vbi Bart. nu.fin. Caſtr.conſ.152.lib.1.Bartol. Soc.conſi.298. lib.3. inter conſ. Cornel.in litt. E verſ. quartus, & vltimus eſt caſus. Caccialup. in ſubſcriptione eius conſilij, & Corn. conſil. ſequ.229. Dec. conſ.427. Ripa ad l. Centurio. de vulg.nu.15. & poſt alios modernos. D. P. Theſſ.deciſ.86. Decian. reſp.97.lib.5. nu.10. Alex. Raud.lib. var. reſol. c. 37. par. 4. princip. nu. 268. & alijs multis copioſè de hac materia: quòd vbi ſunt plures ſubſtitutionum gradus, caducato ſecundo, vel tertio gradu, etiam cum clauſula, ſi ſine liberis, inde mortuo primo inſtituto, non pereat fideicommiſſum, ſed vltimo vocatus admittatur ad fideicommiſſum per l.vnicam. §.pro ſecundo. C. de cad. toll. Quia præter iam dicta, hic caſus longè diuerſus, vt reſpondet etiam Magon. deciſ. Florent. 134. nu. 4. 5. & ſequ. ſtante caducitate per mortem ſubſtitutorum ante vltimum grauatum, nil obeſſe; & negamus iſtos pronepotes poſt D. Carolum vocatos, ſed reſtrictum fideicommiſſum ad nepotes ſolos, vt ſupra dixi. Item nec ſuperuixiſſe primum inſtitutum, cuius hæredes, tanquam grauati inſtituti teneantur fideicommiſſum reſtituere. Item non verificata illa conditione mortis D. Caroli; vel etiam conditione, ſi ſine liberis (quatenus poſſet ſuſtineri ſubaudita in perſonam D. Caroli.) ſecundus ſubſtitutus, non admittitur, & remanet verè caduca ſubſtitutio, remanetque onus penes grauatum in eo ſupræſſum: ſecus ſi verificata fuiſſet ante mortem ſubſtituti, & ſic in vita aliorum ſubſtitutorum prædefunctorũ, vt latè poſt Alciat. & alios reſoluit. Alex. Raud. ibid.nu.269. & ſeq.

107 Quadrageſimo tertiò, † quòd illa clauſula excluſionis fœminarum, & conſeruandæ agnationis; non ſit poſita ad extendendũ fideicommiſſum in pronepotes, & alios deſcendentes, ſed tantùm ad exclu-

ad exclusionem fœminarum, tunc exiſtentium, vel forte naſciturarum inter filios inſtitutorum vocatorum, vel ad exclusionem ſororum pronepotum, quatenus ſubſtitutio non caducata, in perſonam eorum patrum, quia cucurriſſet ad ſucceſſores, non præciſo filo fideicommiſsi. Peregr. latè tradit art. 31. num. 6. 7. 11. & notarunt plerique, ex Doct. mox allegatis.

108 Quadrageſimo quartò, † quòd predicta prohibitio, etiam non extendatur per generalem illam rationem, quòd bona remaneant in familia, cùm ſemel limitata ad nepotes, latè tradit Burſat. conſil. 13. num. 6. 7. & ſequ. vſque ad num. 29. omninò videndus; quia omnia ſoluit. conſ. 337. lib. 3. num. 58. 59. Menoch. fuſiſsimè conſ. 376. lib. 4. & lib. 4. præſumptio. c. 68. num. 20. vbi quod alienationis prohibitio, eſt vocationis acceſſoria, & non extendit fideicommiſſum; ſed tantùm ſecundum perſonarum vocationem extendit. Rolan. d. conſ. 43. num. 48. vbi communem lib. 4. Deciſio. Rotę Roma. in nouiſſ. impræſsióne parte prima deciſ. 118. num. 1. cir-
109 ca finem. Neque † extendatur de perſona in perſonam, neque de gradu in gradum, quamuis poſita ſint illa verba, ſemper, & in perpetuum, quæ ſolent denotare ſine præfinitione temporis. Sim. de Præt. poſt multos lib. tertio, ſol. 10. num. 17. & 22. Surd. conſil 241. num. 50. lib. ſecundo, & conſil. 545. lib. 4. num. 7. 8. & Zaſ. conſil. 3. lib. primo. num. 64. Borgn. deciſ. 16. parte tertia, num. 61. 67. Quia præter quod, non adſunt illa verba prægnantia, in infinitum, de deſcendente in deſcendẽtes, & alia ſimilia, vt per eos, & quod fideicommiſſum fuit extenſum vſque ad D. Carolum, & ſpacio annorum quinquaginta: reſpondeo inquam, in caſu noſtro, debere intelligi ſecundum ſubiectam materiam, & ſic vſque ad gradum reſtrictum tantum, non vltra. Sim. de Præt. ibi num. 22. ad finem, &
110 nu. 21. † tradit arctari etiã tale fideicõmiſſum per illã clauſulã, ſi ſine liberis; & fideicõmiſsũ de reali, fit perſonale. Borgn. poſt alios dec. 19. nu. 72. 73. 92. par. 3. vbi reſtringendũ ait fideicõmiſſum ad illas tres perſonas tantũ nominatas, & proximè ad caſũ noſtrũ loquitur, & deciſ. 5. nu. 45. quod vltra caſũ expreſſum, nõ amplientur, & nu. 69. & 83. quòd illa ratio conſeruandæ agnationis, habet locũ illo caſu tãtũ, in quo habet locũ vocatio. Mantic. lib. 6. titu. 15. nu. 6. Magou ad rem d. deciſ. Florent 52. num. 13. & in caſu à teſtatore expreſſo. Peregr. articu. 29. num. 30. Petra poſt Socin. de fideicommiſs. quæſt. 9. num. 182. Menoch. rectius ad caſum d. conſil. 223. num. 27. 28. 29. Burſat. conſil. 195. num. 9. 10. Surd. conſil.
111 554. num. 38. lib. quarto, rectè ad caſum, & num. 42. † quòd agnatio, dicitur tantum conſiderata in caſibus expreſsis: Petra q.

9. num.

9. num.181.& prohibitio alienationis facta filijs, non præſumitur etiam facta nepotibus, vel hæredibus hæredis, latiſsime poſt multos Maſcar. conclu.1237.num.77. Ergo ſi prohibitio ad nepotes tantum ſubſtitutos, non vlteriores extenditur, ita, & fideicommiſſum illi vnitum cum ſubſtitutione. Burſat ibid. num.40. cum
112 † voluntas teſtatoris indiuidua ſit Magon. deciſ. Florent.19. nu. 6.& quia vbi duo propter vnum, ibi vnum tantum. l. libertatis, §.
113 primo,de euict.ad rem. Decia. d.reſp.94.lib.5.num.20. † quòd extincto fideicommiſſo,ad cuius corroborationem facta prohibitio, ipſa tanquam acceſſorium expirare debet: ergo hic extincta re fideicommiſſo, & prohibitioni ſuppoſita, expirabit fideicommiſſum, iuribus per eum allegatis. Achill. Pedro. conſ.19. nu.56. ſaluo palatio, ex tot alijs cauſis ad D. Carolum peruento libero.
114 Quadrageſimo quintò, † in dubio ſemper, eſt facienda interpretatio, vt euitetur fideicommiſſum, tanquam odioſum. l. coheredi.§.cum filie.de vulg. Rolaud. conſil.56. num.35. lib.3.& num. 36 in dubio, contra fideicommiſſum pronunciandum,& conſ.43. num.60.lib.4. Doct. paſsim. Decian.reſp.57. lib.5. num.6. Achill. Pedroc. conſil. 38. num.9. Menoch. d. conſil.233. nu.26. Decian. reſp.1. lib.2. num.166.& ſeq & reſp.26.num.83. lib.2.Burſa. conſ. 337. num.2.3. lib. 3. Rota Rom. deciſ.118. par.1. num.1. vbi plures citat,& pronunciatum fideicommiſs. non obſtare. Borgn.d. deciſ.5.nu.64. quòd pro poſſeſſore, etiã fideicõmiſſum.Itẽ eſſe re ſolutũ.Itẽ cõtra fideicõmiſſũ pro libertate bonorũ, & paſsim ſimilia Doct.vt latè,de hoc Peregr.artic.1. nu.39.40. & nu.38.poſt multos tradit, contrariã opinionẽ procedere in fideicõmiſſo fauore familiæ certo,iam conſtituto,& inducto;non inducẽdo,& extendendo, vt hic quod prætendũt aduerſarij infarre extendẽdum ad palatiũ, cũ prohibitionis,& perpetuitatis qualitate,quod nõ eſt;vt alia bona ſtricti, & ſpecialis fideicommiſsi; præſertim ad inducendum quoque grauamen. Surd. conſil.350.num.13. lib.3. & vbi ſubſtitutio eſt dubia, ſemper fit interpretatio contra eum, qui nititur ex tali ſubſtitutione Petra poſt Socin. q.9. num.144. & in iudicando
115 illa † tutior eſt via, quæ inhæret teſtamento, & verbis in eo ſcriptis.Magon.deciſ. Floren.53. num.15. Hortenſ.Caualcan.in conſ. poſt tracta. de teſti. nu.94. Item cùm habeamus auctoritates Doc. ex profeſſo,& claras,in firmis,& ſolidiſsimis argumentis, & rationalib. fundatas, illę omninò ſequendę; neque debeamus ire per alias auctoritates, & rationes extraneas Borgn. Caualcan. plenè deciſ.30. nu.39. poſt multos par.1.
116 Quadrageſimo ſextò, † non obſtat, quod dicatur palatium cẽ-

ſeri

ſeri ſubrogatum loco fideico mmiſsi Caſtrinoueti,& conſequenter ſpectare ad iſtos pronepotes maſculos filios ſubſtitutorum mortuorum, tāquam ad fideicommiſſum, etiam vocatos: de qua re eſt textus in l. Imperator in fine cum l. ſeq. de leg. 2. vbi Bart. in l. Concubinam. §. ſi hæres. de leg. 3. vbi etiam. Bart. Crau. pleniſsimè, conſil.202.nu.3.4. & ſequ. & per totum.conſil.295.nu.4. Alba conſ.97. latè. Decian. optimè reſp.27. per totum reſp.52.in 2. dubio nu.33. & nouem ſeq. lib.1. D. Præſes.Moroc.reſp.20. nu.8.poſt Capyc. Menoch. & Decian. Peregr. de fideicomm. art. 39. nu. 12. art. 40.nu. 32. & ſeq. & nu.44. arti.44. nu.28 29.30. & ſequen. vbi loquitur de re empta,ex pecunia hæreditaria, & re permutata cum fideicommiſſaria. Magon. in Florent. deciſ.16. nu. 5.6. Surd.conſ. 576. lib.4. nu.38.39. & deciſ.208.Andr.Gail. lib.2.obſeru.cap.137. nu.12. vbi loquitur de re ſterili ab hærede grauato vendita. Burſat. conſ.268.nu.8. lib.3. Petra de fideicom. q.8. nu.525.& ſeq.

117 Quadrageſimo ſeptimò, †reſpondeo enim (poſtpoſita illa ratione, quòd non ſint neque diſpoſitiuè, neque conditionaliter vocati, & reſtrictum fideicommiſſum, vt toties dictum) illud intelligendum,vt iura,& Doct.loquuntur, vbi res fideicommiſſo ſubiecta per hæredem voluntariè vendita fuit, & alia ex illa pecunia empta, vt in pleno,& laborioſo conſ. Menoch.tradit conſ.213.lib.3.per totum, quod hic non eſt;& poſt Iaſ. Petra vbi ſupra d. nu.525. circa medium Alba d. conſ.97. nu. 12.13.21.50.51. & alijs, ergo cui non conueniunt verba legis, nec conueniet diſpoſitio. l. quod conſtitutum de milit. teſtam. l.4. §. toties.de dam. infect. D. Ozaſc. deciſ. 49.nu.9. de fideicommiſſ.& prohibitione loquens. Surd.conſ.236. lib.2. num.11. Decian. reſp.2.lib.2. nu.34. Achill. Pedroc.conſ.40. nu.90.Petra q.9.nu.38.de fideicommiſſo etiam loquens,& nu.254. fo.119.verſi. tertiò reſpondetur ad finem, & grauati non retinuerunt palatium ad hunc finem ſubrogandi, quod nunquam cogitarunt. Magon. d. deciſ. 16. nu. 39. & cùm nullo iure caueatur ſimili caſu, rem liberam ſubrogari loco ſubiectæ fideicommiſſo,cùm hoc

118 neque expreſsè, nec tacitè actum,erubeſcimus ſine lege loqui.† §. conſideremus. Auth.de trien.& ſemi. l. illam.C.de collat.vbi Doc. imò hoc eſſet contra expreſſam mentem teſtatoris, qui apertè diſpoſuit palatium eſſe liberum,& poſſe alienari;& ſic lege venditionis ſuppoſitum;ergo nullatenus hoc dicendum, l. in conditionibus primum locum,de cond. & demonſt. ob id non extendenda ad caſum omiſſum,de quo lex non loquitur, neque Doct. l. ſi vero. §.de viro.ſol.matri. cum verſemur in onere, & grauamine, rem liberam

ſubiectioni

ſubiectioni ſupponendo, præter quod hic omninò à fideicommiſſo
excluſos quoque cenſemus, vt ſupra.

119 Quadrageſimo octauò. † cùm in palatio nullum ſpeciale fidei-
commiſſum, quia nón prohibitum in ſpecie alienari, vt in pleno
conſil. Menoch. 232. lib. 3. nu. 1. 2. vſque ad 10. & lib. 4. præſump.
c. 67. nu. 1. & ſeq. Burſat. conſil. 202. nu. 2. tranſiuit ad vltimum ſub-
ſtitutum grauatum ſine ſpeciali onere, iunctis antea dictis. Crau. d.
conſ. 202. nu. 4. Peregr. vbi ſupra, art. 31. nu. 1. per iura multa per
eum allegata; & prohibitio alienationis, nō præſumitur niſi in ſpe-
cie probetur; & tamquam odioſa reſtringi ſemper debet. D. Oſaſ.
deciſ. 743. nu. 11. latè poſt multos. Maſcar. conclu. 1237. in ver. an
et quouſque prohi. fac. præſumat. nu. 23. Quod quia fideicommiſ-
ſum caducatum, liberè magis potuit de eo diſponere, extincto fi-
120 deicommiſſo certo, per iura creditorum in bonis Caſtrinoueti, †
qui non potuerunt impediri. Peregr. de fideicom. art. 40. nu. 28.
vbi iura, & auctoritates allegat. Io. Petr. Bim. conſil. 3. vbi plenum
conſil. de hoc. Andr. Gail. lib. 2. obſeru. cap. 137. n. 4. Mich. Graſſ.
de fideicom. quæſt. 58. nu. 1. Maſcar. d. conclu. 1237. nu. 43. 51.
Cephal. conſ. 152. nu. 80. conſ. 254. nu. 34. & alibi. Tantò magis
potuit D. Carolus diſponere inſtituendo proprias filiàs ab inteſta-
to ſucceſſuras, etiam non obſtante prohibitione. Petra poſt multos
d. q. 8. nu. 262. 263. & ſeq. quæ tamen prohibitio, in generali fidei-
commiſſo ceſſat. Ex alia quoque cauſa pro Trebellianica ſibi debi-
ta, in toto corpore fideicommiſsi, potuit D. Carolus in fauorem fi-
liarum, magis liberè diſponere, & palatij iura transferre; quia, & ſi
ab alijs non fuerit extracta, tamen ſemper ex perſona primi, vel vl-
timi grauati poteſt retineri; & ſic etiam filiæ ex perſona patris, De-
cian. reſp. 64. nu. 15. lib. 4. non obſtante prohibitione in ſpeciali
fideicommiſſo facta, & reſtricta, vt per Manti. lib. 4. titu. 12. nu. 19.
20. Graſſ. §. Trebellia. q. 8. nu. 8. Quæ tamen omnia diſputatione
vacant, tamquam ſpeciali fideicommiſſo per creditores ſublato;
vniuerſali in perſonam d. Caroli extincto: ac demum, nullis exi-
ſtentibus ſubſtitutis, & fideicommiſſarijs, quibus fideicommiſſum
reſtituendum, vt toties dictum.

121 Quadrageſimo nonò, † reſtitutio fideicommiſsi, quæ debet
fieri à grauato, vel quòd bona debeant remanere in deſcendentes,
habet ſemper illam tacitam, & neceſſariam conditionem, quate-
nus ad eum perueniat fideicommiſſum, & bona fideicommiſſo
ſubiecta. Dec. conſ. 291. nu. 6. Verſ. non obſtat, quod etiam, & con-
ſil. 633. nu. 12. Menoch. poſt Cephal. & alios conſ. 253. nu. 14. lib. 3.

ergo cùm fideicõmiſſum, & bona Caſtrinoueti, prohibibita alienari, ad D. Carolum vltimum grauatum non peruenerint, inani
122 remanet aduerſariorum prætenſio, in eo, & ſubrogatione. Et in dubio iura, & Doct. fauent magis filiæ vltimi grauati, & poſſeſſoris, quàm maſculis prætendentibus illam excludere, latè Raudenſ. poſt plures. d. cap. 15. de analog. nu. 299.
123 Quĩquageſimò, † nõ obſtãte quoq; elaborato cõſ. Equ. Ruger. 25. lib. 1. vbi concludit contra filias Comitis Annibalis vnius ex filijs grauatis, ab eo inſtitutas; quia ibi inſtituti filij, & filiorum filij ſubſtituti, & vocati in ſtirpes, quod non cadit hic; & hic trãſuerſales, & extranei, non deſcendentes, vt ibi; præter quod hic
124 caduca ſubſtitutio. † Et ad rationem, l. tale pactum reſpondent. Menoch. d. conſ. 233. nu. 33. & Decian. reſp. 1. lib. 2. num.
125 201. latiſsimè. † Quod argumentum fallax Burſa. d. conſ. 337. nu. 11. Magon. deciſ. Lucen. 82. nu. 28.

Ex quibus omnibus concludo, fideicommiſſum hoc omne caducatum per mortem fratrum, nepotum teſtatoris ante D. Carolum vltimum nominatim ſubſtitutum: ad iſtos pronepotes, minimè vocatos, fideicommiſſum non extendi, tanquam extinctum in perſonam D. Caroli vltimi ſubſtituti: & reſtrictum ad ſolos fratres nepotes teſtatoris: & ſic non poſſe venire, neque tanquã vocatos, nec iure tranſmiſsionis, aut repræſentationis: Palatium non eſſe comprætenſum in fideicommiſſo ſpeciali, ſed generali tantùm, limitato ad nepotes, & tamquam caducato eius legato, ad ſubſtitutos deuoluto, ad commodum ipſarum nunc filiarum, quæ patri ex teſtamento, & ab inteſtato ſucceſſerunt; eius hæreditate cum extincto fideicommiſſo confuſa. Fideicõmiſſum Caſtrinoueti pariter extinctum, per auocationem creditorum teſtatoris; nullo alioqui impedimento facto, ad illius perſecutionem, ſi videatur: Subrogationem fideicommiſsi nullam: Palatium, & omnia bona pertinere ad filias D. Caroli, mortui poſt omnes ſubſtitutos; qui ꝓpterea factus omnium Dominus, & verus poſſeſſor: tamquam ſubſtitutis ad fideicommiſſum vocatis, mortuis ante eum; tàm ex eius teſtamento, quàm ab inteſtato, vt Menoch.
126 concludit. d. conſ. 233. ad finem. † Nullo iure etiam competenti illis de Strambino, & de Alciatis, vltimo loco vocatis, & ſubſtitutis; tùm quòd nemo comparet, nec aliquis pro eis, ergo vana iura, formaliter hoc caſu non petita. Decia. in terminis. d. reſp. 2. lib. 2. nu. 39. & vocati, tantum ſupra nominati iam mortui, ergo non alij eorum ſucceſſores, per iam dicta; tùm quòd etiam fuerunt, tantum vocati in caſum alienationis rei prohibitæ alienari,

M &non

Digitized by Google

127 & non in caſum mortis; † & non fit extenſio de vno caſu ad alium. l. gallus. §. & quid ſi tantum de lib. & poſt. Surd. in terminis de caſu contrauentionis, ad caſum mortis, poſt alios conſ. 394. lib. 3. nu. 18. Decia. reſp 3. nu. 40. 41. reſp. 4. nu. 14. 15. lib. 2. Sfort. Odd. conſ. 65. nu. 18. & ſeq. pleniſsimè; & nu. 28. magis comunem teſtatur. Quia prouiſio facta in vno caſu, in alio oppoſito, cenſetur prouiſum totum contrarium Petra poſt Bald. q. 9. nu. 162. Et cùm teſtamentum factum coram Prætore Cunei Iurecō-
